

Johann Klein von Johann Adolph Krohn

Disputatio Iuridica De Innoxia Mulierum Iuris Ignorantia. Vulgo In welchen Fällen denen Weibern nicht schade/ der Rechten unkündig zu seyn

Rostochii: Weplingius, 1697

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn746316054>

Druck Freier  Zugang





Q. D. B. V.
 DISPUTATIO JURIDICA
 DE
**INNOXIA MULI-
 ERUM JURIS IGNO-
 RANTIA:**

VULGO
 In welchen Fällen denen Weib-
 ern nicht schade/ der Rechten unfündig zu seyn/

QVAM

DEO PROPITIO,

EX DECRETO MAGNIFICI ICTORUM ORDINIS, IN ALMA VARNIACA,
 PRÆSIDE

EXCELLENTISSIMO, CELEBERRIMOq; ICTO

DN. JOHANNES Klein/

J. U. D. ET PANDECT. PROF. PUBL. NEC NON CON-
 SISTORII MECKLENB. h. t. DIRECTORE,

DNO. PRÆCEPTORE, HOSPITE AC FAUTORE SUO,
 DEBITO OBSEQVII AC PIETATIS CULTU AD CINERES DEVENERANDO,

SEPTEMBR. 40. MDC XCVII.

IN AUDITORIO MAJORI

PLACIDO ERUDITORUM EXAMINI SUBMITTIT

JOHANNES ADOLPHUS

Krohn/ LÜBECENS.

AUTHOR.

ROSTOCHII, TYPIS JOH. WEPPLINGII, UNIV. TYPOGR.

DEO
PATRIÆ
AC
PARENTI





PRÆFAMEN SUMMARIA.

U bi diffar Sexus ratio non appa- ret, paxi jure cum masculis cen- sentur Fœminæ n. 1. & 2.	Exempla regula. n. 18. seqq.
Mulier æque ac Mas Homo, cumq; illo ad imaginem Dei creat a est. n. 3. seq.	Fœminis ab omnibus officiis ac mi- neribus remotis soli Masculi Jurè Civili illis defungi possunt. n. 18.
Ad loca obstantia respondetur remis- sive n. 4.	Uxores dignitatem à Maritis habent Ænupta Nobili, Nobiles fiunt, licet ignobiles sint nata. n. 19. seq.
In materia indifferenti Verbum: Quisquis, & Si quis, in Legibus obvi- um, tam Mulieres, quàm Mares complectitur. n. 7. seq.	Mulieres post facta Nobilitas mariti viro inferioris conditionis nuben- tes, priorem amittunt dignitatem n. 20.
(1.) In Contractibus, n. 9.	Mulieres regulariter ar. entur à feu- dorum successibus. n. 22.
(2.) Testamentis, n. 10.	Ad Fideicommissa familia confer- enda causa relicta, soli Masculi, exclusis Fœminis, admittuntur n. 23.
(3.) In interditiis, n. 11.	Ratio ejus datur n. 24.
(4.) Sententiis, Statutis & Rescriptis, n. 12.	In Testamento solemnè Masculi soli teste esse possunt remotis Fœminis. n. 25.
(5.) Et Odiosis ac Penalibus, n. 13.	Fœminæ ne quidem in testamento Rusticorum testes esse possunt. n. 26.
In multis juris articulis melior Ma- sculorum, quàm Fœminarum est conditio. n. 14.	
Includuntur illi articuli Regula, quam exhibet. n. 15.	
Ratio regula adducitur. n. 16. 17.	

2
 Possunt tamen testes esse in testamen-
 to militis, ad piam causam, inq;
 praxi, tempore pestis condito, nec
 non in testamento Parentum &
 codicillis. n. 27. seqq.

Mulieres inter tres testes, quasi pu-
 blica hypotheca adhibendos, esse
 non possunt. n. 30.

Mulieres à Testamento super investi-
 turâ feudali perhibendo repellun-
 tur. n. 31.

In multis contrâ juris articulis, illisq;
 negotiis, in quibus foeminarum at-
 tenditur imbecillitas & partus pe-
 riculum, mulierum partes favora-
 biliores sunt, quam masculorum.
 n. 32.

Fidejussores Masculos noxa sequi-
 tur, foemina vero: iura sunt Exce-
 ptione SCi Vellejani n. 33. seqq.

Ex causa fidejussoria solutum per er-
 rorem juris Foemina conditione
 indebiti, recte repetunt n. 35.

In concursu creditorum ratione do-
 tis Foeminarum conditio melior est
 quam quorum unq; creditorum
 hypothecariorum. n. 36.

Ratione certarum poenarum mitius
 cum foeminis agitur quam cum
 masculis, quorum exempla exhibet
 n. 37.

Foeminae J. Civilis nec criminis rea,
 multò minus ob debitum civile
 carceri mancipari potuerunt. 38.

Quid hodie verò, casu juris sit, docet
 n. 39. 40.

Privilegium Innoxiae juris Ignoran-
 tiae non pauci J. Ctorum regulari-
 ter Mulieribus tribuunt n. 41.

In compendiis quaerendis Juris igno-
 rantia nocet Masculis, adeo, ut la-
 ta culpa annumeretur jus Ciu-
 ignorare. n. 42. seqq.

Mitibus a minoribus non nocet Ju-
 ris ignorantia. n. 43.

Recensetur quorundam J. Ctorum Sen-
 tentia, afferentium Foeminis regu-
 lariter non nocere juris ignoran-
 tiam. n. 44.

Rejicitur dicta sententia, quodq; de
 innoxia Mulierum juris ignoran-
 tia dicitur, ad Casus in Lege ex-
 pressos tantum restringitur. n. 46.

Foeminae ob Sexum solumne quidem
 in integrum restituntur. n. 47.

Restringitur Dissertatio ad illos ca-
 sus, in quibus Mulieribus non no-
 cet juris ignorantia, ratione com-
 pendii querendi n. 50.

Ratione damni rei suae amittenda nec
 Maribus regulariter nocet juris
 ignorantia. n. 51.

PRÆFAMEN



Vanquam quidem *in dubio*, & ubi 1.
 dispar *Sexus* ratio non apparet, Vid.
 Wissenbach, *ad L. 1. de V. S. §. 12.*
 nulla *Masculos* inter, ac *Fœminas* sta-
 tuenda sit *juris* differentia, L. 4. C.
De Liber. præter. Illustris Dn. de Rhetz.
in Diss. De Jure Virgin. Cap. 2. §. 6.
 Carpzov. *in Tr. de Jur. Fœmin. Fri-*
derich. Bruckmann. in repetit ad Tit.
ff. de S. H. inbique Struv. ib. 2. &
 Lauterbach. *ib. 23.* Legesque de *Maribus* loquentes, pro 2.
 pitio *jure Mulieribus*, ceu ad *imaginem Dei* (non obstan- 3.
 te *c. 13. Ca. 33. qu. 5.* Vid. Mozz. *De Contract. Rubr. De Nupt. 4.*
n. 2. & Dn. Straus. in Dissert. De Muliere Teste. ib. 4. in fin.) æque
 creatis *Hominibus*, Vid. *c. 12. Ca. 33. q. 5. L. 152 ff. De V. S. L.*
3. §. 1. ff. D. Liber. Hom. ex bib. L. 2. §. 1. ff. Unde Legitim.
L. 1. §. 1. & 2. ff. Ad L. Cornel. De Sicc. (frustra dissentientibus 5.
Cujaciò Lib. 6. obs. 21. Tit. D. ob L. 38. ff. De Pœn. Conf. Al-
ber de Gand. in Tract. Malefic. Rubr. De Quæstion. n. 11. &
Guidon. de Suzer. Tract. De Judic. & Tort. n. 22. Vid. Hahn.
 ad *Wesemb. Tit. Ad L. Corn. De Sicc. n. 5. Ungebour. Exer.*
Just. 16. q. 12. in Nego. Eckholt. Ad Tit. ff. De S. H. §. 4.) etiam
 applicare conveniat, L. 4. C. *De Lib. præteris*: Ubi *Impe-*
rator Justinianus sublatâ *Sexus* differentia, cum *Filiis Fœli-*
as æqualiter ad *Parentum* vocat *hereditatem*, ita ut in 7.
indifferenti materia, verbum hoc: *Si quis, vel Quisquis*, in
Legibus obvium, tam *Mulieres*, quàm *Masculos* complex
 statur, per expressam L. 1. ff. *De V. S.* junctis L. 3. §. 1. ff.
De N. G. L. 1. §. 1. ff. De constit. pecun. L. 7. pr. & §. 1. ff. De Jur
risdict. sermoque Masculinus sexum etiam *Fœminicum* con- 8.
 tineat, L. 195. ff. *De V. S. L. 52. ff. eod.* idque procedat non dun- 9.
 taxat

- 4
- taxat in Contractibus, d. L. 3. §. 1. ff. De N. G. & L. 35. ff. De Pact. Testamentis, per L. 62. in fin. L. 81. pr. ff. De Legat. 3. L. 45. pr. ff. De Leg. 2. L. 16. pr. & §. 1. ff. De Testam. Tutel.
11. Interdictis, L. 3 §. 1. ibi: *Hec verba: quem liberum, ad omnem Liberum pertinent, siue masculus sit, siue foemina.* ff. De Liber. Hom. exhib. Sententiis, Statutis & Rescriptis, c. Significavit. 36. X. De Rescript. Vid. Dn. Wissenbach. ad L. 16. ff. De U. S. ibique all. Cæpolla & Tiraquellus, ubi plura Doctorum & amplam allegationum reperies ferruginem, sed etiam in Odiosis & Pœnalibus, L. 7. pr. ff. De Jurisd. & §. 1. junct. L. 2. L. 9. ff. Ad L. Aquil. L. 1 §. 28. & 32. ff. Ad SCtum Sillan. L. 5. C. Ad L. Jul. Majest. & L. 3. ff. De Bon. damnat. Negari tamen non potest, in multis juris articulis meliorem Masculorum, quam Foeminarum esse conditionem per L. 9. ff. De. S. H. quos sequenti Regulæ includere satagunt JCrī:
15. In quibus negotiis præstantia Sexus attenditur, in illis melior Masculorum, quam Foeminarum est conditio, Vid. Illustris Dn. de Rhetz. in Dissert. De Jure Virginum. Cap. 2. §. 7. Exc. Dn. Straus. in Dissert. De Muliere Teste ib. 7. Struv. in S. I. C. Ex. 3. ib. 2. Exc. Dn. Præles in Diss. ff. 2. Ad Tit. de S. H. §. 3. junctō Dn. Lauterbachio in Colleg. ff. ad d. t. §. 23. aliisque. Cujus Regulæ sicuti rationem ponunt in dicto Aristotelis, 1. Politic. c. 5. Masculos secundum naturam Foeminis meliores esse asserentis, & in L. 1. ff. De Senat. ubi majorem in Sexu Virili dignitatem esse testatur JCrīus Ulpianus, ita eandem sequentibus, aliisque, quibus afferendis brevitatis studiō superfedemus, illustrent exemplis: Quorum primum est: Quod Foeminis ab omnibus Officiis ac Muneribus remotis, soli Masculi de Jure Civili illis defungi possint. L. 2. ff. De R. I. (2.) Quod uxores dignitatem à Maritis habeant, L. 8. ff. De Senatoribus
- L. 11.

PRÆFAMEN

3

L. 13. C. De Dignit. ejus, & non propriis, corruscantes radiis, Nov. 109. c. 2. pr. Nobilesque cenleantur ex Maritorum Nobilitate, licet ipsæ ignobiles natæ sint. Sixtin. Lib. 2. Consil. Marp. 9. n. 26. Carpzov. Jurissp. Eccl. L. 2. Def. 270. n. 7. Stephan. Lib. 1. De Jurisd. c. 14. n. 16. & 17. & Ext. Dn. Stryk. in Usu Moderno ff. Tit. de Senat. §. 7. inibique allDd. hancque dignitatem vicissim amittant, post fata prioris mariti nubentes inferioris conditionis viro, per L. fin. ff. De Senatoris (3.) Quod ad Feudorum successionem, Fæminis regulariter exclusis, soli Masculi admittantur. 2. F. 36. (4.) Idemque juris sit in Fideicommissis Familiæ conservandæ causa relictis, ad quæ Fæminæ ideò non admittuntur, quia familiam mutantes, L. 195. ff. De V. S. beneficiò in gratiam Familiæ concessò, frui haud possunt. Forster. De De Succes. Lib. 4. c. 23. n. 48. Excell. Hornius in Diss. feud. 12. Post. 23. in fin. & B. Brunnem, ad L. 9. ff. De S. H. (5.) Quod soli masculi in solenni Testamento Testes esse possint, re motis Fæminis, §. 6. 7. De Testam. Ordin. L. 20. §. 6. ff. Qui test. facere poss. quas (6.) neque in Testamento Rusticorum testium munere fungi posse, licet in Militis Testamento, arg. pr. 7. De Milu. test. & ad Pias Caussas, Paulus de Castro in Consil. 362. Mascard. de Probat. Concl. 764 n. 19. ibiq. all. Ddres inque praxi tempore pestis condito, Vid Jâson in L. fin. C. De Codicill. n. 19. Joh. Andr. in addit. ad Specul. in Tit de § n. Alexandr. Consil. 24. n. 11. Vol. 2. & Bertran. Consil. 212 n. 6. Lib. i. item in testamento factò inter liberos Dd. in L. fin. C. de Codicill. Mascard. de Probat. V. 2. Concl. 764 n. 8. Lanfran. de Orian. in Tract. De Testib. n. 80. & Joan. Crot. eod. Tract. n. 7. in pr. nec non in Codicillis Vid. Schneidewin ad Tit. 1. de Codicill. pr. n. 33. & Ddres passim ad L. fin. C. De Codicillis, jung. Carpzov. Dec. 152. n. 22. Brunnem. Ex-
erc.

- erc. *Just. 14. pr. & Hopp. ad pr. l. De Caducill.* propitiō jure
admittantur, *Carpzov. P. 3. C. 4. Def. 6. Manzius De Te-*
stam. valid. & invalid. Tit. 5. q. 1. n. 11. & Dn. Hoppius, ad § 6.
l. de O. T. rectē statuunt Excellentissimus Strykius in Dis-
sert. De Testam. Rustic. Cap. 3. n. 41. & Vasquez De Success.
Great Lib. 3. §. 23. n. 34. junctis Mascardo d. l. n. 5. Alex-
and. in Consil. 177. n. 6. & Vol. 2. Causa. 70. n. 16. Crot.
30. *d. Tract. in pr. n. 5.* Quodque (7.) inter tres Testes,
quasi publicæ hypothecæ ad ductum *L. 11. C. Qui potior sunt*
in pign. adhibendos, Fœmina esse non possint, per d. L. 11.
Vid. Brunnem ad d. L. Trentacinquius. Var. Resol. L. 2. Tit.
De Instrum. Resol. 2. n. 9. Wibel. De Contract. Mulier. c. 3. n. 187.
& Dn. Bardili, in Continuat. Consus. Forens. B. Lauterbachii.
31. *Exerc. 39. tb. 2.* Quas (8.) *Wissenbach. in Tit. ff. De Testib.*
tb. 28. & sequ. cum Dn. Hoppio, ad §. 6. l. De O. T. etiam à te-
stimoniō super investitura feudali perhibendō repellit,
Conf. Mascard. De Prob. Vol. 2. Concl. 942. n. 9. seq. Joan.
Bapt. Caccialup. in Tract. De Feudis Cognit. art. 6. n. 2.
Gulielm de Benedict. in Repetit. c. Raynutius in 6. v/ duas ha-
bent filias. n. 10. Cato Sachus in L. Admonendi. n. 108. seq. ff. De
32. *jur. jur. ut ut Fœminarū partes contrā in multis juris articulis,*
illisq; negotiis, in quibus illarum imbecillitas, ac partus peri-
culum attenditur, favorabiliores sint, quam Masculorum,
Vid. Dn. Brunnem. ad L. 5. ff. de S. H. Wissenbach. ad ff. ad Tit.
de S. H. Dn. Rehtz. cum aliis n. 15. Cit. Dabus. Quod conspicuū
33. *redditur non duntaxat (1.) in fidejussionis articulo, in quo,*
ut ut ceteroquin regula sit, omnes ex fidejussoriā caus-
sa Masculos ad præstationem debiti, pro quo fidemin-
terposuerunt suam, validē obligans: Noxa sequitur fide-
34. *jussorem: Den Bürgen muß man würgen/ Fœminæ*
tamen usque adeō ad solvendum à debitore æs contras-
ctum

PRÆFAMEN

Etiam non obligantur, tutæ exceptione S^cti Vellejani c. 1.
 ff. C. De S^cto Vellejano, ut errore juris solutum etiam 35.
 repetere possint, L. 9. C. & L. 8. §. 3. L. 24. §. 2. L. 31. ff. b. i. jun.
 Et L. 40. pr. ff. De Condict. in deb. Sed & (2.) in concursu cre- 36.
 ditorum, quo, in ratione dotis omnibus reliquis hypotheca-
 riis Creditoribus Masculis licet, præfertur Fœmina, L. 12.
 C. Qui pot sunt in pign. L. 29. & 30. C. De Jur. dot. Nov. 97. c. 3.
 & Nov. 109. c. 1. Vid. Sichard. ad d. L. 12. n. 18. Cujac. in Comm.
 ad Nov. 97. & Mynsinger. Cent. 1. Obs. 61. & Cent. 4. Obs. 13.
 Idem etiam (3.) ad certas pœnas, per Auth. Sed Hodie C. Ad 37.
 L. Jul. De adulter. Nov. 134. Cap. 10. L. 5. §. 3. C. Ad L. Jul. Ma-
 jest. L. 15. §. pen. ff. Ad L. Cornel. De fals. extenditur, ut mitius
 cum Fœminis, quàm Maribus procedatur; Tiraquell. in 38.
 Tract. De Pœn. temper. Cas. 9. per tot. Quod & (4) in in-
 carceratione olim obtinebat, cum fœminæ criminis alicujus
 reæ, vel fidejussoribus committendæ, vel in monasterium
 detrudendæ, ob debitum civile planè carceri mancipari
 non potuerint, Vid. Nov. 134. & Auth. Hodie C. De Custod:
 Reor. jung. L. 1. C. De Offic. Div. judic. ibiq; Brunnem. Conf.
 Ant. Matth. L. 48. Tit. 14. Cap. 2. n. 3. Brunnem. ad d. Auth: 39.
 Hodie & Dn. Stryk; in Dissert. De Carcere ad Custodiam: Cap. 2:
 n. 2. Ubi simul docet n. 4. & 5. Hodie hæc quidem omnia
 non attendi, sed mulierem etiam honestam in atro-
 cissimis & gravissimis delictis conclavibus publicis separa-
 tam à viris, L. 3. C. De Custod: Reor. Menoch: De R. J. 2. Cas.
 88. n. 20. in carcerandam esse, Brunnem. ad L. 3. & Auth. Ho-
 die. C. De Cust: reor. Carpz. P. 3. Qu: III. n. 40. Zœli: ad ff.
 Lib. 48. Tit. 3. n. 10. & Farinac; L. 1. Tit. 4. quest. 27. n. 52. in
 levioribus verò delictis honestam & Nobilem mulierem ne
 hodie quidem cum dedecore ad judicem duci, inq; carce-
 rem rapi posse; sed eidem vel domum pro carcere dan-
 dam, vel idoneis eandem fidejussoribus committendam
 esse

B

40. esse. Præprimis verò (5) INNOCENTII JURIS IGNORANTIAE privilegium concedunt multi Jctorum *Multis* *cribis*, ita, ut, cum *Maribus* regulariter juris ignorantia non profit, sed nocere potius noscatur L. 9. C. De LL. L. 12. C. De J. & f. J. tum præcipuè, ubi de lucro captando & compen-
41. dis quærendis agitur; L. 7. & 8. ff. De J. & f. J. Imolatae in illis culpæ annumeretur jus civile ignorare, per L. 223. in pr. ff. De V. S. & 213. §. ult. eod. L. 11. §. notatur. ff. De His, qui no-
42. tantur infam. L. 2. C. De in jus voc. L. 38. §. 1. & 2. ff. De Adult.
43. Fœminis contra velint. æq; ac militibus, L. fin. C. De Jure de- lib. & Minoribus, L. 9. ff. De J. & f. J. jus sine omni periculo regulariter ignorare permitti, tutis exceptione juris igno-
44. rati. L. 9. pr. ff. De J. & f. J. L. fin. C. Eod. Vid. Wissenbach. ad ff. Disp. 43. Lib. 21. §. fin. Christoph. Richter. in Centur. Regul. jur. Regul. 26. n. fin. Gail. 2. Obs. 48. n. 22. Mynfinger. Cent.
45. 6. Observ. 47. Eckholt. ad Tit. ff. de J. & f. J. §. 4. Menoch. De Prasumpt. Lib. 2. Pras. 3. n. 9. & Lib. 3. Pras. 82. n. 6. ibiq; ple-
46. nâ manu allegati Ddres. Quod Jctorum assertum cum tantum absit, ut in Juris Regulam abire possit, ut potius extra certos in jure casus expressos extendi debeat minimè, per L. 9. ff. pr. De J. & f. J. ibi: in quibusdam causis, veriorq; ac communiori Jctorum calculò comprobata sit contra- ria Regula: Fœminis regulariter nocere juris ignorantiam, inque jure errantibus non succurri extra- casus in jure speciatim expressos, Harprecht. ad §. 1. J. Quibus mod. re contrab. obl. n. 74. Brunner: ad L. fin. C. De J. & f. J. Laym. ad Jus canon. p. 10. n. 4. Bardili. in Conti- nuat: Concl. Pract. B. Lanterbachij: Exerc. 49. th. 18. lit. A. Peck. De Testam conjug. Lib. 1. c. 34. n. 1. Christin. Dec. 67. n. 9. Vol: 2. Struv. Exerc. 29. th: 56. Zœl. ad Tit: ff. De 1 & f. 1. n. 7. Ar- nold. Rcyger. in Thesau. Jur. voc. Mulier. p. m. 385. n. 17. Gloss. ad L. 9. pr. ff. & L. fin. C. De J. & f. J. Mascara. De pro- bat

PRÆFAMEN.

*Bat. Concl. 1082. n. 14. Cothmann. Vol. 1. Resp: 51. n. 71. Ti-
 raqvell. De Retr. convent. p. 565. n. 13. ibiq. allegati, jun-
 ctis Vincentio de Franchis Dec. 229. n. 1. Welembecio. -
 Vol. 1. Conf. 25. n. 16. & Jafone ad L. fin. c. De J. & s. l. aliisque
 adeo, ut ob solum sexum, ne quidem in integrum regulariter 47.
 obtinere restitutionem possint, Sfort. Odd. De Rest. in inte-
 gr. P. 2. q. 8. Mynsing. Obs. 60. n. 47. Carpz. P. 2. C. 15. Def. 33. ini-
 bique allegati ad junctio Bardili. d. l. l. B. Nata mihi inde est 48.
 præsentem DE INNOXIA MULIERUM JURIS IGNO-
 RANTIA conscribendi Disputationem occasio, in quo
 practico juris articulo, præ multis reliquis ideo ingenii
 mei vires periclitari allubuit, quod adverterim, eun-
 dem subobscurius, leviusque ab aliis & pertunctorie tan-
 tum expeditum esse, plerisque ne in casibus quidem ipsis 49.
 innoxia Mulierum Juris ignorantie conspirantibus Col. 50.
 lineabit autem eò potissimum, quem in præfens molior,
 labor meus, ut eos ex integro erutos jure sistam hâc
 Dissertatione casus, in quibus Sexui Muliebri in com-
 pendis querendis juris Civilis ignorantia non nocere no- 51.
 scitur, quem extra damni periculum non minus ac Mares
 regulariter constituit juris ignorantia, quoties de rei sue
 amittenda damno agitur, L. 3. ff. De I. & s. l. Belold. P. 2. Consil: 59.
 n. 72. & P. 3. Consil. 142. n. 115 Vid. infr. c. 2. n. 11. Quod, ut ex voto 52.
 cedat, SUMMI NUMINIS, à quo, pie momente Imperato-
 re Justiniano in Nov. 59. Proæm. omne faciendum est principi-
 um, supplex imploro adjutorium. Tu autem, LECTOR,
 CANDIDE, omnia in meliorē interpretaberis partem, siq̃
 cuncta acuracta non esse deprehenderis, teneræ ætati, dis-
 scendi adhuc cupidæ, facile veniam largieris, bene me-
 mor, in nullo prorsus peccasse Teste Imperatore Justi-
 nianô in §. 14. De Confirm. ff. Ad Senat. & in L. 2. §. 14. C. De
 U. I. B. magis Divinitatis esse, quàm Humanitatis.*

B 2.

CAP. I.

CAPUT I.

EXHIBENS

GENERALIA CIRCA INNOXIAM MULIERUM
JURIS IGNORANTIAM, CUM SUCCINCTA
RUBRICÆ EXPLICATIONE.

SUMMARIA.

- | | | |
|---------------------------------------|--------------|---------------------------------------|
| I ngressus. | n. 1. | liter accepta, omnes sexus mul- |
| Rerum potior, Verborum tamen | n. 2. | bris designat et aetates, ab infantia |
| prior ratio est habenda. | n. 3. | ad Senectutem, complectens Pu- |
| Ejus ratio redditur. | n. 4. seq. | ellas, Virgines Viripotentes, Ma- |
| Vox Innoxii, unde natales suos ha- | n. 5. | ritatas & Viduas. |
| beat, exponitur. | n. 6. | Specialiter accepta, certam duntaxat |
| Prepositio IN, verbo juncta, negati- | n. 7. | hujus Sexus aetatem designat, & |
| ve vim habet. | n. 8. | ita vel Virgines tantum nondum |
| Id illustratur exemplis | n. 9. | nubiles, vel Viripotentes, nondum |
| Noxium modò id significat, quod | n. 10. | tamen maritatas, vel Uxores, vel |
| damnum dat, modò etiam eum, qui | n. 11. seq. | solutas, sed defloratas. n. 20. seqq. |
| crimini reus est | n. 12. seqq. | Quomodo Vox Mulieris in hac Dispu- |
| Innoxium item modò idem denotat | n. 13. | tatione accipiatur, exponitur n. 25. |
| atque minimè nocens, vulgò unischä- | n. 14. seq. | Cur hic voce Mulierum non veniant |
| lich) modò idem, ac innocens, vulgò | n. 15. | Minores, exponitur. n. 26. |
| unschuldig. | n. 16. seq. | Mulieres Minores contra amissum, |
| Vox Mulieris soli Homini propria est, | n. 17. | omissumque, lucrum restituntur il- |
| Fœmina verò Homini cum brutis | n. 18. | lis etiam in casibus, in quibus Mu- |
| est communis. | n. 19. | lieres Majorenes ob Sexum juris- |
| Unde Fœmina dicatur, docetur, | n. 20. seq. | que ignorantiam in capto quò lu- |
| De derivatione vel allusione por. us | n. 21. | cro non adjuvantur. n. 28. |
| Mulieris agitur. | n. 22. seq. | Exemplum ejus traditur. n. 29. |
| Vox Mulieris in jure nostro genera- | n. 30. | Major in jure aetatis, quam Sexus est |
| | | favor. |
| | | Mulierum appellatione in hac Dispu- |

JURIS IGNORANT. CUM SUCCINCTA. RUBR. EXPLIC.

- ratione etiam continentur Her-
mophroditii, sexu fæmineo in illis
prevalente. n. 31.
- Ignorantia juris, quibus in casibus
non nocet Mulieribus Christianis,
illis etiam non nocet Mulieribus
Judæis. n. 32.
- Judæi Civēs Romani sunt, jureque
censentur Civili, n. 33.
- Ubi tolerantur Judæi, ibi Civium
quoque utuntur privilegiis. n. 34.
- Ignorantia alia Juris, alia facti est,
hæcque vel facti proprii vel alieni,
Cuius utriusque exempla recensentur.
n. 36. seq.
- In hæc Dissertatione non agitur de
Innoxia Mulierum facti igno-
rantia, n. 38.
- Ignorantia facti proprii nocet Mulie-
ribus in compendiis querendis
n. 40.
- Ignorantia facti alieni nec Maribus,
nec Fœminis nocet, quoties de lu-
cro capiando agitur n. 41.
- Exemplum ejus exhibet. n. 42.
- Quid sit juris Naturalis ignorantia,
exponitur & declaratur exemplis
n. 43. seq.
- De Ignorantia Juris Civilis agitur.
n. 46.
- Ejus exempla exhibet n. 47. seq.
- Juris Naturalis ignorantia ne qui-
dam Mulierem excusat. n. 50.
- Exemplum ejus exhibet L. 38. §. 2. ff.
- Ad L. Jul. de Adult., de quo agi-
tur. n. 51.
- Nec ignorantia Juris quasi naturalis
excusat Mulieres. n. 52.
- Ejus exemplum & ratio subjicitur
n. 53. seq.
- De juris naturalis ignorantia hæc
Dissertatione non agitur. n. 55.
- Circa innoxiam Juris Civilis igno-
rantiam nil interest, inter Juris
Civilis communis, & specialis
Statutarii ignorantiam. n. 56.
- Mulieribus Juris etiam Statutarii i-
gnorantia in lucris capiendis pro-
dest, in casibus hoc jure expressis
n. 58.
- Nocet Mulieribus juris etiam Statu-
tarii ignorantia extra casus hoc
jure expressos in compendiis n. 57.
- Quomodo in strictiori significato
differant Nescientia, Ignorantia &
Error juris, tum ex descriptionis
diversitate, tum etiam exemplis
demonstratur & illustratur n. 61.
seqq.
- Quid vox Ignorantia in Rubro &
Nigro Dissertationis denotet, &
cur illa potius, quam Erroris vox
Rubro apposta sit, exponitur
n. 59. & 61.
- Descriptio Innoxie Mulierum juris
Ignorantia traditur. n. 69.
- De explicatione ejus agitur remissi-
ve. n. 70.

Solen-

1. **S**olenne est Disputationem conscribentibus, ejus exordium capere à vocum in Rubro obviarum explanatione; Hunc communem Disputantium morem & ego observaturus, antequam ad alteriora descendam, apud animum constitui meum, parcâ licet manu in limine hujus Capituli voces, in Descriptione INNOXIÆ MULIERUM JURIS IGNORANTIÆ occurrentes, explicare, à
2. Celso edoctus, *Rerum quidem potiorem in jure nostro, arg. L. 17. ff. De LL. L. 13. ff. De Excusat. rationem verbarum tamen*
3. *priorem esse habendam, L. 1 ff. De J. & J. perfectâ Rerum cognitione scopè defecturâ, ubi diligentior Vocum enodatio neglectui habetur.*
4. Quod igitur (1.) attinet vocem INNOXII, notô
5. notius esse adopinor, illam natales suos debere præpositioni IN, compositæ cum verbo, negativæ vim habenti, Menoch. *De Prasumpt. L. 4. q. 1. n. 3.* Ferrer. *in Constit. Cathalon. Gloss. 1. n. 27.* Strauch. *in Lexic. Particul. juris. hæc voce &*
6. *Matth. Martin. Lexic. Philologico, (Sic inculpatus, idem est ac culpâ carens, L. 39 ff. De Leg. 2. in debitum, ac non debitum, l. 1. De Condict. in debit. indemn. ac sine damno, L. 8. §. 1. ff. Ad S. C. Ullej. injuria, ac non jure factum, L. 1. ff. De injur. inofficiosum, ac non ex officio pietatis factum, L. 2. ff. De Inoff. test.) & verbo Latino NOCERE, seu damnum dare, vulgò schaden: Unde Noxium, vulgò schädlich: Sicuti*
7. ergo, non apud Classicos duntaxat Authores NOXIIUM
8. dicitur, quod nocet, & damnum dat, Vid. Senec. *L. 1. in fin. De Clementia: ibi: Quæ alia vira esset, si Leones, Ursq. quæ regnarent? Si Serpentibus in nos ac NOXISSIMO (alii legunt: NOXIOSISSIMO) cuique animali daretur potestas. Sed hoc in sensu in jure quoque eadem accipitur vox*
9. *in L. 27. §. 11. ibi: Noxios servos &c. ff. Ad L. Aquil. quanquam*
- &

JUR. IGNORANT. CUM SUC. RUBR. EXPLIC. 19

& Noxium sæpe idem, ac *criminis alicujus reum* denotet, 10.
 Vid. L. I. C. De Custod. reor. ibi: *Ut noxius puniatur.* & L. 12.
 §. 1. C. De Pœn. ibi: *Noxium crimine absolvi.* Ita INNOXIIUM 11.
 apud Plautum in Capt. ibi: *Act. III. Sc. V. versic. 7. Decet*
innoxium servum confidentem esse, Vid. Faber. in *Thesaur.*
Erudit. Scholastica. Voc. *Innoxius* aliosque, idem denotat, ac 12.
minimè nocens, vulgò. *Unschädlich:* Licet & non nunquam
 idem significet, ac *innocens,* vulgò. *Unschuldig:* Qualiter ac-
 cipitur ap. Cornel. Nepol. *extrem. Milit. ibi: Maluit populus*
eum innoxium plecti, quam diutius esse in timore. & in L. 13.
 §. De Public. jud. ibi: *ita, ut innoxios dimittat Et.*
 Vocem *Innoxii* in Rubro excipit (2.) Vox MULIE- 13.
 RIS, soli homini propria, §. 1. 7. De P. P. cum FOEMINÆ ap-
 pellatio, Homini ac bruto communis sit: pr. J. de I. N. G. & C.
 junctâ L. 14. §. 1. ff. De Edit. edict. Quæ ratio, cur in Rubro
 magis arriserit vox MULIERIS. Sicuti autem FOE-
 MINAM vel à FOETU derivant, quod pariat mulier 14.
foetumque edat, vel, si per simplex E. scribatur, à FEMEN,
 quem nominativum reperire negat Valla L. 4. c. 57. quod
 in Venerem, cujus sedes in Feminibus pariter ac Femo- 15.
 ribus ponitur, Coel. Rhodig. *Leet. Antiqu. Lib. 4. c. 11.* ma-
 gis prona sit, ita MULIERIS nomen à MOLLITIE,
 cum Varrone, Lactantio, Augustino, Dn. Cothmanno.
 Vol. 2. Resp. 78. n. 120. aliisque derivatum, seu potius 16.
 quâdam vocabuli allusione, immutatâ & detractâ li-
 terâ, deductum esse, notat Excellentissimus Dn. Straus 17.
 in *Diss. de Muliere Teste Tb. 1.* in hanc sententiam allegans
 Homerum *Lib. 8. Iliad.* ubi mulieres peculiari epithetò
ἡλύνται, i. e. *Molles* vocat, idemque in *Hymno Veneris Vir-*
gines ἀπαλύζουαι, i. e. *corpore molles,* appellat.
 Sumitur autem Vox MULIERIS in jure nostro non unis 18.
 mo:

174 CAP. I. EXHIBENS GENER. CIRCA INNOXIAM MULIER.

- modis, quos omnes tamen ad hanc summam commodè re-
19. digi posse arbitror, ut dicam, illam accipi vel *generaliter*,
 ita ut ambitu suo complectatur omnes *Mulierum* ætates,
 ab Infantia ad Summam Senectutem, sicq; *Mulierum* ap-
 pellatione veniant *Puelle*, *Virgines Viripotentes*, *Maritate*,
 & *Vidue*. Quo in sensu venit. hæc vox in *L. 25. §. 1. ff. De*
Auro, Argent. & mund. legat. ibi: Mulieres enim omnes dici que
cunq; sexus Fœminini sunt, junctâ L. 81. §. 1. ff. De Leg. 2. Vel
Specialiter pro certâ hujus sexus ætate, & ita iterum, vel
20. *pro Virginitibus, vel pro illis, quæ virum passæ, Venerisq; usum*
 21. *experta sunt: Priori in sensu vox Mulieris iterum vel de*
 22. *notat Virgines Viripotentes, vulgò Mannbahre Jungfrau-*
en L. 13. pr. ff. D. V. S. Ubi dilerte docet Jctus Ulpianus
Mulieris appellatione etiam Virginem viripotentem conti-
neri: Idem Ulpianus in L. 14. §. 7. De Edict. Edicto ita acce-
pisse dicitur vocem Mulieris, dum inibi docet: Mulierem,
i. e. Virginem viripotentem & nubilem, ita arctam, ut Mulier
i. e. Uxor fieri nequeat, non videri sanam: Illasque vel Ma-
jorenes vel Minorenes. Vel nondum Nubiles, & Maturas
matrimonio, L. 81. §. 1. ff. De Leg. 3. & L. 25. §. 2. ff. De Aur. arg.
 23. *& mund. legat. Posteriori in acceptatione iterum deno-*
tat vel Maritatas, qualiter usurpatur & Virgini opponi-
tur in L. 43. §. 1. ff. De Leg. 3. & in all. L. 14. §. 7. ff. De Edict. Edict.
Vel Solutas. L. 11. §. 5 ff. De Act. empt. & L. 11. in fin. ff. De contrab.
 24. *empt. L. 13. ff. De Manum. Vindict.*
 25. In hac Dissertatione denotat vox *Mulieris*, omnem
 26. *Sexum Fœmineum, Virgines & Maritatas, item Viduas,*
exceptis Minoribus; Non acsi illis noceat juris ignorantia il-
lis in casibus, quibus Majorennibus prodest ignorati juris
exceptio, sed quod Minores non indigeant hocce Sexu, ju-
risq; ignorati presidio, ex ipso Minorennitatis capite contra a-
missum

JUR. IGNORANT. CUM SUC. RUBR. EXPLIC. 19

amissum non minus, 8. ff. De Minorib. L. 33. ff. 27. L. 44. 28
 ff. eod. quam omissum lucrum satis tutæ, L. 44. ff. d. l. i. t. Et
 L. i. Si ut omiss. hered. Et. Quodque illis in casibus, in qui-
 bus Mulieribus Majorennibus in lucro captando non suc-
 curritur, Minorennibus recte subveniatur, non ob sexum
 sed ob etatem: Unde, Si Fœmina etate minor, errans in 29
 in jure, fortè ad petendam bonorum possessionem sibi
 quinquennium datum esse existimans, elapsò annò, bo-
 norum possessionem petere vellet, licet dicendum videat-
 ur, ipsam non amplius esset audiendam ob L. 10. ff. De Bon.
 poss. Et L. 31. ff. De Usucap. verius tamen est, ipsam restitui
 posse ut Minorem, per L. 44. ff. De Minorib. L. 2. C. De Restit.
 Men Et L. ii. C. De Jur. Et j. ign. in ibique Brunnem. Ubi rectè
 notat: Hic fœminam non restitui ob Sexum sed ob 30
 etatem, L. ii. c. De j. Et j. f. cujus major, quam illius
 in jure favor est, L. 12. ff. De Minorib. Et L. fin. ff. Ad Scctum Vel-
 lejan. cum Mulieres, quæ tales, ad lucrum amissum non re-
 stituantur, Oddus De Restit. in integr. P. 1. qv. 8. n. 76. seq. Mi-
 nor vero utiq. Covarruv. L. 1. Resol. c. 5. n. 2. Tiraqvell.
 De Retract. Consanguin. §. 35. Gloss: 2. n. 7. Et 9.

Dum verò dixi Mulierum appellatione in hâc Dissertatione 31
 Sexum contineri sequiorem, eò ipsò tamen Her-
 maphroditum minimè ab innoxia Juris ignorantia præsi-
 diò exclusum volo, quia nec huic detrimento sam esse ju-
 ris ignorantiam illis in casibus, quibus hæc Mulieribus haud
 est damno, statuo, modò sexus Fœmineus prævaleat, Her-
 maphroditò lexis in eo prævalentis jure semper censendò-
 per L. 10. ff. De S. H. junctâ L. 15. §. 1. ff. De Testib. Et L. 6. §. 2. ff.
 De Lib. Et Postb. Nec aliud esse arbitror in Mulieribus Ju- 32
 deis; Hæ enim, cum in Germania sint Cives Romanæ,
 Vid. Mynsing, Gent. s. Observ. 6. Alex. Vol. 5. Consil. n. 6. 33
 Ma.

C

Malfcard. *De Probat. Concl.* 945. n. 23. Tuschus. *Concl.* 377. lit. J. & Brunnem. *ad L. 7. C. De Judæis.* & juxta Leges Civiles judicentur, per *L. 8. C. De Judæis.* rectè etiam, ubi tolerantur, Civium privilegiis utuntur. *Rimin' Vol. 2. Conf. 275. n. 23. seq. & Vol. 2. Consil. 119. n. 4. seq.* Brunnem. *ad d. L. 7. C. n. 8.* Confer Illustris Dn. Rhetz. *in Diff. De Jure Virgin. c. 2. §. 3.*

39. Sequitur (3.) in Rubro Vox JURIS, in oppositio-
ne ad FACTI, ignorantiam. Sicuti enim Lippis & Ton-
foribus notum est, *Ignorantiam* aliam esse *juris*, quâ quis
id ignorat, quod Legibus, Plebiscitis, SCtis, Principum
Constitutionibus &c. est constitutum, *L. 12. C. De J. & f. J.*
vel naturâ est prohibitum, v. gr. Si Mulier ignoret eman-
cipata, se intra annum bonorum possessionem petere
debere *L. 3. C. De J. & f. I.* Vel si ignoret, hereditate legatis
exhaustâ vel oneratâ, sibi heredi competere beneficium
Legis Falcidiæ, *L. 1. ff. Ad. L. Falcid.* aut ex fidejussoriâ
causâ se non obligari, *L. 1. §. 1. Ad SCi Velteij.* aut in concur-
su Creditorum sibi intuitu dotis inter Hypothecarios com-
petere jus prælationis. *L. 12. C. Qui pos. sunt in Aliam Fa-
cti esse, L. 1. pr. ff. De G. f.* quâ, quod ipsa fecit, ignorat
Mulier, quæ *facti proprii* dicitur *ignorantia*, v. gr. Si se
jam tum solvisse Cajo ignorans, ipsi denuò solvat, vel,
quod *ab alio* factum est, aut *casu* contigit, nescit, quæ *fa-
cti alieni* appellatur v. gr. Si mulier ignorans Patrem
emancipantem mortuum esse, bonorum possessionem
non petierit debitò tempore, *L. 1. §. 1. ff. De l. & f. I* Ita
hac Dissertatione de *Innoxia FACTI ignorantia* agere
38. ahamus mihi non est, quem ceteroquin non fugit, sicuti
facti proprii ignorantia *regulariter* nec probabilis est,
Brunnem. *Consil. 162. n. 237* Perez. *ad C. Tit. De l. & f. l. n. 3.*

39. nec in casibus, quibus de *lucro captando* agitur, excusatio
nemo

JURISIGNORANTIUM SUCCINCTA. RUBR. EXPLIC. 17

nem meretur, *Id d. l. Conf. Brunnem. ad L. 3. ff. De l. & l. 1.*
Zoel. ad ff. Tit. cod. n. 8. ita alieni facti ignorantiam regu- 41.
lariter neque Maribus, neque Mulieribus nocere, L. 2. ff.
De l. & l. 1. L. 7. C. cod. etiam si de compendis & lucris quæ-
ratur, d. L. 8. ff. de l. & l. 1. Brunnem. ad L. 8. ff. d. 1.
 Unde rectè respondet Tryphoninus *in L. fin. §. fin. ff. Qui*
pet. tut. Matrem fraudulenta Tutoris dati administrationis
ignoram, minimè filii intestati legitimâ privandam esse 42.
 successione, eò, quod illum suspectum facere omiserit.

Neq; porro cuiquam ignotum esse credo, *Juris igno-*
rantiam vel JURIS NATURALIS, quâ, quod recta 43.
 ratio ita simpliciter faciendum, aut omittendum inculcat,
 ut actum contrarium moraliter turpem esse æstimet, &
 damnet, *Grot. De l. B. & P. Lib. 1. c. 1. §. 10.* ignorari præ-
 tenditur v. g. Si Sodomita prætendat, se ignorasse ne-
 fandum hocce commissum jure esse prohibitum, vel
 Mulier prætendat, incestum in linea adscendenti cum
 proprio Parente jure interdictum esse; Vel JURIS esse
 CIVILIS, quâ id ignoratur, quod ad Reip. & Privatorum 46.
 Salutem à Superiore est constitutum, e. g. Si mulier i-
 gnoret, absque inventarii beneficiò adeuntem alicujus 47.
 hereditatem, ad omnes alienum, à defuncto contractum,
 etiam ultra vires hereditarias obligari, per *L. fin. §. 14. C.*
De Jur. delib. vel si ignoret ex Statuto Lubecensi con-
trahentem, sine Litis Curatore non obligari; At verò,
 quemadmodum apud omnes expeditum est, *Naturalis*
juris non magè, quàm *rationis naturalis*, omnium mor-
 talium mentibus inditæ, *Rom. 2. v. 15.* ignorantiam à quo
 piam sanæ mentis prætendi posse, *arg. L. 2. C. De Edend.* 50.
Zoel. ad ff. De l. & l. 1. n. 5. Stryk. in Diss. De Jur. Analphab.
6. 2. n. 14. Comitul. quæst. Moral. L. 5. q. 1. n. 5. Layman.

- ad Jus Can. pag. 10. n. 6. Richter. Vol. 2. Conf. 54. n. 29.
 Mascard. de Prob. Concl. 641. n. 5. Vultej. Conf. Marp. 26. n.
 179. Vol. 1. ita hæc turpiter à Muliere prætenfa, eidem minimè
 patrociniabitur, haud obscure id innuente excelsi inge-
 51. ni Jcto Papiniano in L. 38. §. 2. ff. Ad. L. Jul. De adult. ubi
 à Legis Juliae pœnâ ne Mulierem quidem, incestum Juris
 Gentium committentem, immunem pronunciat, illam
 tamen excusando ab incestus crimine, solo jure civili inter-
 52. dicti. Hoc etiam extendunt, ad illa, quæ quasi juris na-
 turalis esse dicunt, ita, ut nec horum ignorantia Mulieribus
 ullum impunitatis præstet præsidium, quod evictum eunt
 53. ex L. 2. §. 3. c. De in jus Voc. Ubi & emancipata Mulier
 pœnæ Edicti prohibitorii, de Parentibus sine venia in jus
 non vocandis, se ream facit, si Parentem contra hoc edi-
 54. ctum in jus temerè vocaverit, subjunctâ ratione, quod
 honor hujusmodi personis naturali ratione debeatur, sic-
 que in ea, ne Rusticitati quidem venia præbeatur. d. l. 2.
 55. ibique Brunnem. Sed satis, ni fallor de ignorantia Juris
 Naturalis, circa quam præsens Disputatio non est occu-
 56. pata, Ad Juris civilis ignorantiam revertor, circa quam
 nil interesse arbitror, utrum illa sit Juris civilis communis,
 an vero Specialis, seu Statutarii, Vid. Lucas de Penna in
 L. 3. C. De Apocbis. publ. Menoch. De Præsumpt. Lib. 2. Praj.
 3. n. 5. Mevius. ad Jus Lubec. Lib. 1. Tit. 3. n. 3. ibi: proprii
 57. juris. & in Prelim. quest. 4. n. 21. Klocki Tom. 2. consil. 59. n. 48.
 Mulieribus, etiam ratione lucri in casibus utroq; jure expres-
 58. sis: Sicuti contra extra casus specialiter exceptos, non
 magis illius, quam hujus ignorantia Mulieribus in captando
 lucro prodest. arg. L. 9. c. De LL. L. 8. §. 11. cum seq. c. De
 I. §. 7. junctâ L. 10. ff. De Bon. Poss. §. L. 2. §. 5. ff. Quis
 quæ, in B. P. serv. Vid. omninò Baldus. ad L. 13. De J. §. 7.
 Inscr

Inscripta *ultimò* est Disputatio De JGNORANTIA 59.
 quam vocem malui *Rubro* apponere, quam ERRORIS,
 aut NESCIENTIÆ, obviam hac viâ illis iturus, qui non 60.
 sine magno errore *Errorem & Ignorantiam*, item *Ignoran-*
tiam & Nescientiam confundi, non absque ratione statuunt:
 Vid. post Menoch, *De Pres. Lib. 6. c. 13. n. 2. & Vultejum in J.* 60
R. Lib. 1. c. 7. n. 46 Rennetman. *in Jurrisp. Rom. Germ. Disp.*
Disp. 20. vel. n. th. 16. Lit. A. & Hahn. ad Wesf. Tit. De J. & f.
J. nec non Schwedendörff; ad Eckhold. ead. Sicuti enim *Nesci-* 61.
entia in stricta suâ significatione est *simplex scientia negatio*,
 vel *Carentia ejus scientia*, quam quis habere non potuit, inde
ignorantia pure negationis dicta, Vid; Gregor. de Valent.
T. 4. Disp. 1. q. 13. pag. 1. & Castan. Dist. Philosoph. Voc. Ignorantia
 qualiter jura *nescire* dicuntur *mente capti*. Vid. Hahn *d. l. n. 1.*
 cum contra *Ignorantia* in strictiori acceptione sit *simplex* 62.
scientia privatio, s. *Carentia ejus scientiæ*, quam quis, admi-
 nimum Peritiores consulendo, per *L. 10. ff. De Bon. Poss.*
& L. 2. §. 5. ff. Quis Ord. in B. P. serv. habere potuisset, quali- 63.
 ter & *Mulieres* in *Rubro* & in tota Dissertatione jus igno-
 rare dicuntur; quæ *ignorantia Privationis Philoto-*
phis dicitur. Ita ab *Errore* strictè accepto, iterum differt
Ignorantia, quod *Error* sit *Opinio falsa*, ex *ignorantiâ contra-* 64.
ctâ, dum quis ex nuda notitiæ juris *carentiâ* putat, hoc jure
 ita esse dispositum, quod tamen aliter se habet, vel contra.
 Rennemann. *d. l. ib. 25. quæ prava Dispositionis ignorantia*
 dici sivevit. Vid. Struv *S. I. C. Ex. 28. ib. 51.* Sic, quando *Mulier* 65.
 idè non conficit inventarium, quod simpliciter edocta
 non sit, heredem ultra vires hereditarias nolentem Cre-
 ditoribus obligari, teneri cum beneficio Inventarii adire
 hereditatem ejus, cui vel ex testamento, vel ab intestato,
 heres est, omisisse ejus confectionem dicitur ex *ignorant-* 66.
tiâ

- tia juris*; quando verò ideo confici inventarium non curat, quod non duntaxat ejus privilegium ignoret, sed etiam hanc falsam foveat opinionem, quod, quanquam illud non confecerit, tamen non teneatur ultra id, quod in hereditate est, tunc dicitur per *Errorem juris* inventarii confessionem omisisse. Interim tamen facile largior, Sicuti ex doctrina Dn. Hahnii d. l. quoad Titulum de *Juris & facti ignorantia* nil interest, inter *Errorem juris* ejus & *Ignorantiam*, ita etiam quoad *innexam juris ignorantiam* ratione lucri captandi, in *Mulieribus* hanc differentiam in hac Dissertatione strictè non attendi, quã proinde mislã, INNOXIÆ AM MULIERUM JURIS IGNORANTIAM, ita describo: Quod sit PRIVATIO SCIENTIÆ LEGALIS, SEU JURIDICÆ, CERTIS DUNTAXAT IN CASIBUS, ETIAM TUM, CUM DE IPSARUM COMPENDIJS QUÆRITUR, IN MULIERIBUS JURE NON REPROBATA.

70. Superfedeo singulis hujus Descriptionis verbis fusius explicandis, cum partim ex prænotatis obscura amplius cuiuspiam esse haud possint, partim, etiam claram interpretationis lucem ex illis, quæ in principio sequentis Capituli dicentur, generaturã sint, ad quod sine ulteriori verborum cursu jam descendo.

CAPUT. II.

SISTENS

CASUS INNOXIÆ MULIERUM
JURIS IGNORANTIÆ
SUMMARIA.

- J**uris Ignorantiam omnibus nocere
exponitur. n. 1. seq. | illis, qui jura edocili non sunt, si
Peritiores consulendi copia non
defuerit. n. 4. seqq.
Ratio

- Ratio redditur.* n. 8.
Fœminæ quoq; nocet Juris ignorantia, modo non agatur de damnis rei suæ amittenda. n. 9. seqq.
Rationem videbis. n. 11. seqq.
Quis in damno rei suæ amittenda versari dicatur, declaratur. n. 13.
Prodest mulieri juris domicilii maritalis ignorantia illo casu, quò juxta statuta loci domicilii mariti singulare jus constitutum est de dote tacito. n. 14.
Ad rationem Sententiam contrariam respondetur. n. 15. seqq.
Explicatur L. fin. C. De J. & f. j. n. 19. seqq.
Damnum in jure non nunquam ipsum lucrum reputatur. n. 20.
Adjertur aliad. L. explicatio, cum brevi responsione. n. 21.
Mulieres non excusat juris ignorantia, siue de compendiis, siue de damnis agatur, quoties in illis versantur, quæ ad Formam alicujus actus pertinent, vel quæ ordinis judicarii solemnitatem vel juris rigorem observandum respiciunt. n. 22. seqq.
Non valet Mulieris testamentum, in quo ob ignorantiam juris aliquam debitarum solemnitatum neglexit. n. 26.
Mulier non succurritur, per ignorantiam juris absq; beneficio Inventarii hereditatem adeunt. n. 27.
Mulier renovationem investituræ feudalis ob juris ignorantiam, debito tempore non urgendo, fendo eadit. n. 28.
Terminum probatorium labi passa. Mulier per juris ignorantiam sibi præjudicat. n. 29.
Resistitur tamen b. e. ob Advocati & Peritorum inopiam. n. 30.
Forma ad unguem non observata alium reddit ipsò jure nullam. n. 31.
Ejus ampliationem vide. n. 32.
Ordinis Judicarii rigorem stricte convenit observari. n. 33.
Scire procedendi Ordinem sæpe peruris est, quam tota scientia juris. n. 34.
Quid sit facere compendium exponitur. n. 36. seqq.
Idq; illustratur exemplis. n. 39. seqq.
Mulieribus nocet juris ignorantia, quoties de compendiis agitur. n. 42.
Mulier juris ignara, à pupillo sine auctoritate Tutoris rem emens, illam usucapere nequit. n. 43.
Non prodest juris ignorantia usucapere volentibus. n. 44.
Mulier ex juris ignorantia indubitum solventi, non prodest eadem, ad condiscendum indebitum ex ignorantia juris solutum. n. 45.
Recensetur Veterum sententia, Patrumque; Errore juris indebitum solutum repeti posse. n. 46.
Ejusq; subjicitur Ratio. n. 47.
Negatur in condictione indebiti agi de damno rei amittenda. n. 48.
Resistitur dicta sententia. n. 49.
Ad objectam L. 9. C. Ad Sct. Vellejanum,

- Janum, respondetur. n. 51. seqq.
 Mater non sublevarur juris ignorati
 exceptione, si liberis intra annum
 tutorem non petierit. n. 55.
 Ratio ejus subiicitur. n. 56.
 Mulier, juris ignara, intra legiti-
 mum tempus non petens bonorum
 possessionem, deinde non adjuva-
 tur, recursu a ad ignorati juris
 presidium. n. 57.
 Rationem videbis n. 58.
 Mulier per juris ignorantiam sol-
 vens legatario integrum legatum,
 non potest deinde uti Legis Falci-
 dæ auxiliò. n. 59.
 Ratio additur n. 60.
 Progressus fit à Casibus, in quibus
 in Compendiis faciendis regula-
 riter Mulieribus non adhsit jus
 ob ejus ignorantiam, ad casus, in
 quibus Mulieribus, jurium igna-
 ris specialiter Lex adhsit ob jus
 ignoratum. n. 61.
 Dari in jure certos Casus Innoxie
 Mulierum Juris ignorantie, etiam
 ratione lucri, probatur. n. 62. seqq.
 Primum Casum exhibet n. 65. cum
 seqq.
 Secundus Casus continetur in L. 8.
 §. 2. ff. Qvi satisd. cog. n. 67.
 Refertur Brunnemanni sententia,
 statuentis, Mari quidem semel
 in idoneum fid. jussorem admit-
 tenti, non subveniri, bene vero Mu-
 lieribus ob juris ignorantiam. n. 71.
 De hac sententia ex d. L. 8. §. 2. illati-
 one dubitatur. n. 72.
 Lucrum est, plures habere reos n. 73.
 Tertius Casus exhibetur. n. 74.
 Quartus Casus recensetur n. 75.
 Subiicitur dubitandi ratio circa
 hunc casum. n. 77.
 Mulieri quidem ob juris ignorantiam
 dilecti poena remittitur, non
 tamen ex illo lucrum conceditur.
 n. 79.
 Ratio subiicitur n. 80.
 Præter hos Casus, nullos alios In-
 noxie dari Mulierum juris igno-
 rantie ratione lucri, traditur
 n. 81.
 Subiicitur judicium de illis Casibus,
 quos præter hos alii adducunt
 J. Cei. n. 82. seqq.
 Proponitur questio: An Mulieri-
 bus illis in Casibus, in quibus jus
 specialiter in lucris captandis
 illis in jure ignorato succurrit,
 proficit ignorati juris exceptio, si
 Periores consulendi copiam ha-
 buerint? n. 85.
 Refertur Negantium Opinio & Rati-
 ones. n. 86. seqq.
 Affirmantium sententia traditur.
 n. 89.
 Rationem ejus exhibet. n. 90. seqq.
 Non nocet Mulieribus juris igno-
 rantia etiam in lucro captando,
 illis in casibus, quibus specialiter
 jus ipsis non adhsit, quoties Peri-
 torum copia illis defuit. n. 91.
 Sed Tutæ sunt potius in utroque foro
 n. 92.
 Ratio datur. n. 93.
 Ad L. 9. §. 3. ff. De J. & f. J. responde-
 tur. n. 95.
 De-

JURIS IGNORANTIE

23

DEcantata Juris Regula est: *Juris Ignorantiam omnibus nocere i. e. neminem excusare*; quam tradit Jctus Paulus in *L. 9. pr. ff. De J. Et. J.* interq; canones recepit Pontifex Bonifacius VIII, in *c. Ignorantia. 13. De R. J. in. 6.* usque adeo, ut, cum Leges hoc fine publicatas, ut in omnium illorum descendant notitiam, quibus præscriptæ sunt, nemini ignorare liceat, *L. 9. C. De LL. L. 12. C. De I. Et. I.* ne illi quidem, qui ipsi jura edocti non sunt, regulariter se juris ignorati exceptione tueri possint, illo in casu, quo Peritiores consulere potuerunt: Id enim illorum culpæ adnumeratur, non quod juri addiscendo operam non navaverint ipsi, sed quod juris scientiâ destituti, juris Peritos, quorum copiam habuerunt, non consuluerint, qualiter in casibus non exceptis ad ignorati juris Atylû confugientibus optimè occurrit Jctus Paulus, supra datæ Regulæ Author in *L. 10. ff. De Bon. Poss.* Ubi docet: In Bonorum Possessionibus juris ignorantiam non prodesse, sufficereqve intra statuta tempora Bonorum possessionem non petentibus, non defuisse, quos consulere, neq; hanc in illis desiderari scientiam, qua Juris prudentibus est propria, sed eam, quam si quis per se non habeat, consulendo Prudentiores adsequi potuit. Cui ad stipulatur per omnia Jctus Ulpianus in *L. 2. §. 5. ff. Quis ord. in poss. serv.* Ubi juxta Doctrinam Jcti Pomponii, illam jurium scientiam nemini negligendam esse inculcat, non, quæ cadit in Juris prudentes, sed, quam quis consulendo Peritiores per alios adsequi potuit. Nec destituitur hæc theoretica ratione, quam ipse Jctus Paulus optimam subjicit in *L. 9. §. 3. ff. De J. Et. I.* quia, ex sententia Labæonis Jcti cui facile est scire, ei juris ignorantia merito de-arimento esse debet. Minimè verò Gentium arbitrandum est

1.
2.
3.
4.
5.
6.
7.
8.
9.

D

- est, præfatam Jcti Pauli Regulam ad solos *Masculos* esse restringendam, sed in *Muliebr*; etiam *Sexu*, eandem æque regulariter vim obtinere suam, modò non agatur de *damnis amittenda rei suæ*, vel quod perinde est, modò *suum non petant*, claret ex L. 7. & 8. ff. De I. & f. I. Sicuti enim docente Ulpiano in all. L. 8. Omnibus in *damnis amittenda rei suæ* non nocet *juris ignorantia*, ita nec eandem *Mulieribus* hoc casu nocere debere, non duntaxat *rationis*; sed & *æquitas* est: Cum infirmiori huic sexui sola *juris ignorantia* dominium rei suæ adimere non possit, utpote quæ nullibi in jure sufficiens statuitur causa esse adimendæ rei nostræ, Zœl. ad Tit. ff. De I. & f. n. 7. multò minus verò in *Mulieribus*, ceu quibus ob *sexus infirmitatem* citius, quam *Masculis* subveniendum esse, æquitas Regulis apprimè convenit. Vid. L. 9. ff. pr. De I. & f. 1. ibi propter *Sexus infirmitatem*: Unde rectè inferò, cum suum petere dicantur, qui dominium rei suæ adhuc habent, (possessione fortè amissâ), indeque versari in damno rei suæ amittendæ censeantur, Vid. Excell. Schilter. in Exercit. Theoret. Pract. 35. ib. 30. tutam esse *Mulierem* *juris ignorantia*, quæ, cum juxta L. 65. ff. De Judic. in dotis repetitione, locus non *contractus*, sed *domicilii Mariti* inspicere oporteat, ignara in mariti domicilio speciale aliquid circa lucrum dotis obtinere, ad *juris ignorati præsidium* confugit, cum hic agatur de damno dotis, & ita rei suæ amittendæ, qualiter juxta doctrinam Alexandri Lib. 3. Conf. 100. n. 6. censuere Jcti Heidelbergenses apud Simonem Pistoris, Vol. 1. Confil. 20. p. m. 117. licet contrarium ab his tueatur Menochius De Præsumpt. Lib. 3. Præf. 88. n. 13. ibique allegati, eò, quod ipsam diligentius inquirere oportuisset in statuta & jura domicilii mariti arg. L. 19. ff. De R. J. Cui tamen ex ipso Menochio de A. I. 2. Lib.

461.
 Q. Lib. 2. Cap. 2. Cas. 182. n. 72. responderi potest: *Virilis* 16.
 potius quàm *muliebris* officii esse, conditionem & leges
 fori alterius pericrutarum. arg. *L. fin. in fin. ff. Qui pet. tut.* in
 superque juris etiam specialiter in *sexus Muliebris* favorem 17.
 introducti ignorantiam *Mulieribus* non nocere in *damnis*
rerum amittendarum. Unicum verò est, quod maximo-
 pere obstare videtur *Regulæ n. n. hujus Cap. traditæ*: Sc: 18:
 Quod ipsi Imperatores in *L. fin. C. De I. & J. I.* disertis sta-
 tuere censeantur verbis, in *certis quibusdam duntaxat caus-*
is juris ignorantiam non nocere *Mulieribus* si de *Dam-*
no evitando agatur: Verba legis hæc sunt: *Ne passim liceat*
Mulieribus omnes suos contractus retractare in his, quæ præ-
termiserint, vel ignoraverint; Statuimus, Si per ignorantiam
juris damnum aliquod circa jus, vel substantiam suam pa-
tiantur, in his tantum casibus, quibus præteritarum Le-
gum autoritas illis suffragatur, subvenire. Verum re- 19.
 spondemus, in dictâ Lege vocem *damni* in laxiori signi-
 ficatu pro ipso *lucro* accipi, dum *damnum* etiam *lucrum* re-
 putetur, quando nobis abest qualiter & Mater *damnum* pati in
L. 2. §. 1. ff. Qui pet. Tut. i. e. lucrum non habere dicitur bonorum 20.
testati filii, cui Tutor non petiit. Vid. L. 2. §. 23. ad senatus con-
sul. Tertull. adeò, ut nec per *juris ignorantiam* ipsi subvenia-
 tur. *L. fin. c. Qui pet. Tutor.* Vel cum Jacobo Gothofredi ad *L.*
fin. Cod. Theodosiani De in integr. Restit. arctius restringendam 21.
 esse Legem ad illas duntaxat causas, in quibus *delictum*
 obvertatur, quanquàm hanc interpretationem vix ad-
 mittere videantur dictæ Legis verba: *Omnes suos contractus*
 & c. Illud autem prætermittendum haud est: *Mulieres non* 22.
excusare juris ignorantiam, sive de compendiis, sive de
damnis agatur, quoties in illis versantur, quæ ad forma-
 lem

- lem alicujus actus substantiam pertinent, vel Ordinis Judicialii respiciunt solennitatem, Vid. Tiraquell. De Retracto.
23. ciarii respiciunt solennitatem, Vid. Tiraquell. De Retracto.
24. Convent. S. s. Gloss. 7. n. 15. seq. pag. m. 566. cum inibi allegatis. Mynf. Cent. 6. Observ. 47. Renneman. in Juriss. Rom. Germ. Diss. 20. th. 37. Lit. E. Vincent. de Franchis. Dec. 518. n. 5. & Mascard. De Prob. Concl. 1082 n. 14. ibique allegati Ddres vel ad rigorem juris observandum inducta sunt Vid. Socin. Reg. 184.
25. Tufch. in concl. Pract. 372. Lit. R. Salycet. in L. pen. Qui admitt. ad B. P. Unde inferunt Ddres (1.) Mulieris testamentum, debitis solennitatibus destitutum, non valere, etiam si per ignorantiam juris circa Testamenti formam aliquid neglexerit. Mynf. Cent. 4. Obs. 47. n. 2. (2.) Mulieri inventarium super bonis hereditariis non conficienti, nec ex capite ignorati juris subveniri, Tiraquell. d. l. n. 10. cum multis inibi alleg. Vincent. de Franchis. Dec. 518. n. 4. &
28. Dec. 229. n. 4. cum plenâ manu inibi adductis (3.) Mulierem Investituræ feudalis renovationem statuto tempore objuris ignorantiam petere negligentem, feudum cadere. Vincent. de Franchis. d. l. Tiraquellus d. l. n. 17. ibique ali. Stryk. in E. I. F. Cap. 17. q. 15. Ludwel. in Tract. feud. p. 324. seq. (4.)
29. Intra Terminum probatorium probationem suam non expedientem Mulierem, per juris ignorantiam sibi præjudicare. Mynf. d. l. n. 3. ibique addati Ddres Mascard. De Prob. d. l. Hoc
30. tamen casu subveniendum esse Mulieribus per restitutionis in integrum auxilium, si Peritorum copiam habere non potuerint, æquum omnino est. Vid. Mynf. ibique all. d. l. n. 4.
31. Ratio horum omnium est, Quod forma à lege tradita ad unguem non observata, actum ipso jure reddat nullum, Alex. 137. Vol. 2. & abs hâc, ne quidem consentientibus partibus, recedi possit, Roland. à Valle in Consil. 72. Vol. 3.
32. Zubrodt. Tract. De Comparat. Luer. p. 4. n. 4. Conser. Dn. Stryk. in Dissert. De Jur. Analph. Cap. 2. n. 23. quodque Judicialiari

diciarii Ordinis rigorem strictè observari oporteat, quem
nosse sæpè pluris est, quam tota scientia juris. Stryk.
Introd. ad Prax. For. Cap. 1. S. 7.

Cæterum, cum *supra. n. 10. h. cap.* dictum sit, Innoxia
am Mulieribus esse juris ignorantiam in damnis rerum suarum
mittendarum, restat ut nunc porro inquiram, An ignorantia
etiam juris innoxia existat Mulieribus in compendis s.
lucris quarendis? Ad Cujus quæstionis decisionem
antequam prolabar, opera pretium fore adopinor, in an-
tecessum binis exponere: Quid sit compendium facere? ne in
digressione ad exempla hæere necesse habeam. Dico
igitur (1) compendium nos facere videri, si, qua nostra
sunt, nec nobis debentur, acquirimus. Item, (2.) si qua nostra
esse deserunt, recuperamus. Nec non (3.) si id acquirimus,
quod sub spe saltem nobis debetur. Exemplum primi exhibet,
Usucapio, per quam id acquiritur, quod nostrum non esset,
nec nobis deberetur, si illa emtori rei, à pupillo sine Tutoris
authoritate venditæ & traditæ, adjiceret dominium, illo
casu, quo Mulier ignara hujus juris, rem pupilli ex hac causa
emptam, usucapere vellet. Exemplum Secundi est in con-
ditione indebiti, quæ cum non domino contra dominum
detur, tendit ad recuperationem illius, quod nostrum esse
desit. Tertii exemplum est in Matre non petente filiis
Tutorem intra præfinitum à jure tempus, propterea, suc-
cessione, quam sperabat, filii sui intra pubertatem mor-
tui, privandâ, cui, an juris ignorantia noceat, si quæramus,
an verò hæc profiti Matri ad acquirendum hereditatem fi-
lii, utiq, petenda erit ejus decisio ex Regula juris, quæ de-
terminat, an in compendis quarendis Mulieribus noceat ju-
ris ignorantia. Hanc autem, hisce jam præmissis, ta-
lem accipimus à Jcto Papiniano in L. 7. ff. De J. Et. J. Et in

- L. 8. ff. eod. IN COMPENDIJS, i. e. ACQVIRERE
 VOLENTIBUS, per L. 8. d. 1. JURIS ERROREM NEC
 FOEMINIS PRODESSE; quam confirmant Imperatores in L. 6. C. *Qui admitti ad B. P. possi. & in L. 11. C. De J. & f. 7.* Ex hac clarâ juris regulâ infero jam (1.) Si Mulier
 43. juris ignara, à pupillo sine Tutoris auctoritate rememisset,
 ipsi quoad usucapionem ejus, non prodesse juris ignorantiam,
 quia illa in compendijs ne fœminis quidem prodest Vid. L.
 44. 4. ff. De I. & f. I. junctâ L. 31. pr. ff. De Usurpation Infero (2.)
 45. Mulierem ex juris ignorantia indebitum solventem, illud
 conditione indebiti repetere non posse, cum & hæc mi-
 litet de lucro rei amissa captando. L. 10. C. De I. f. & 1. Sed
 velle hinc aurem videtur constans, obque æquitatem su-
 am in Foro recepta Sententia, Vid. Brunnem, ad L. 7. ff. De
 J. & f. 1. n. 2. & 4. Philipp. in Usu Pr. Inst. ad Tit. quib. m. re.
 contrah. obl. Eccl. 40. & Richter. P. 1. Dec. 68. n. 37. aliq. Vete-
 rum Jctorum, statuentium; *Errore juris indebitè solu-
 tum repeti posse*, eò, quod hoc casu solvens errore juris in-
 debitum, militet de damno rei sue amittenda, Accursius in
 L. 1. C. De Cond. indeb. Ludovic. Vitalis. L. 2. Var. Lect. Cap.
 22. Sichard. ad Rubr. & L. 1. C. d. t. Wesenbec. in Parat. ff.
 eod. quam sententiam ex Neothericis etiam tuentur
 Frantzk. ad Tit. ff. De Condiçt. ind. n. 29. seq. Carpzov. P. 3.
 C. 15. D. 42. Zoes. ad Tit. De Cond. ind. n. 14. aliq. à Brun-
 nemanno d. l. allegati; quo casu juris ignorantiam non noce-
 48. re, fusius evictum vi, n. 9. seqq. b. Cap. At verò, cum hinc
 non agatur de damno rei sue amittenda, sed de rei amissa re-
 cuperatione, sicque de lucro, per notata n. 37. b. Cap; in quo
 46. ignorantia juris Mulieribus non opitulatur, insuperque
 verior est sententia negantium, conditionem locum habe-
 re, in errore juris solutis, per ea, quæ habet, Hopp. ad §. 1.
 I. Quib

Quib. mod. re contrab. obl. ibique Stryk. & in Not. ad Lauterbach. Tit. De Condict. indeb. 96. Errori facti. Ludwell. ad Wesenb. d. l. n. 6 Harprecht. ad §. 1. I. Quib. in re contrah. olit. n. 56. ibique, plena manu allegati, ubi etiam ad contraria argumenta respondet, stat firmo adhuc talo n. 45. facta illatio, scilicet Mulierem indebitum juris errore solutum condicere non posse. Neq; dictis obstat L. 9. C. Ad SCiam Vellejanum. ubi disertè dicitur: Mulierem, SCri Vellejani beneficium se munitam esse ignorantem, condicere posse, quod hoc errore indebitè solvit, junctâ L. 40. pr. ff. eod. Respondendum enim est, conditionem hanc Mulieribus non ideò concedi, quod per ignorantiam juris indebitum solverint, minus verò, quod hinc certent de damno evitando, sed quod per SCi Vellejanum ex fidejussione Mulierum orta naturalis obligatio, quæ ceteroquin conditioni indebiti obstat, Vid. omnino Hopp. supr. all. loc. ibique citati, penitus sit reprobata. Stryk. in not. ad Lauterbach. d. l. 96. Indebitum non repetitur. Nec obstat (2.) quod tamen expressè in d. L. juris ignorantia fiat mentio. R. enim est: Inde nequaquam sequi, hanc conditionis esse causam; sed ignorantia ideò fieri mentionem, quod scienti, sibi ex fidejussione compete- re privilegium, & tamen solventi, denegetur conditio L. 29. §. 3. L. 24. ff. De Cond. indeb. C. eod. Cujus enim per errorem dati est repetitio, ejus consultò dati est donatio. L. 35. ff. De R. I. Infero (3) Matrem intra annum liberis impuberibus Tutorem non petentem, in pupillari ætate mortuorum privari successione, ignorantia juris illam non sublevaturâ, per L. fin. C. Qui pet. Tut. 1. Curat. cum etiam hinc non de damno, sed de luero agatur. Donell. Lib. 3. c. 8. Lit. F. & Brunnem. ad L. 3. seqq. C. Qui pet. tut. vel Curat. n. 7. Infero (4.) Mulierem juris ignaram, bonorum possessione intra

- intra tempora legitima non petitâ, nullô jure posse præ-
tendere, ut *ignorati juris præsidio* adjuvetur, per L. 6. C.
Qui admitti ad B. P. poss. L. 3. C. De J. & f. J. L. 10. ff. De
58. *B. P. Rationem reddit Brunnem. ad L. 4. seqq. C. Qui adm.*
59. *ad C. P. poss. n. 5. quia hîc de lucro agitur. Infero (s.) Legatâ*
pecuniâ sine detractiōe Falcidiæ Legatario à Muliere per
juris ignorantiam solutâ, eandem sub prætextu juris ignorati
ne tum quidem repeti posse, si eadem adhuc extet, per
L. 9. §. fin. in fin. ff. De I. & f. l. Exc. Schilter. in Prox. Jur. Rom.
60. *in For. Germ. Exercit. 35. §. 31. quia & hoc casu compendium*
factura videtur.
61. *Lustravimus hætenus Casus in quibus juris ignorantia*
detrimentosa est Mulieribus, compendium facturis: Mon-
net tempus ut ad illos jam progredior Casus, quibus con-
tra Regulam n. 42. b. Cap. traditam, Mulieribus non nocet
62. *juris ignorantia, ut ut de lucro agatur: Esse enim Casus*
aliquos Innoxie Mulierum Juris ignorantia, ipse innuit
Jctus Paulus in L. 9. pr. ff. De I. & f. l. Postquam enim inibi
præmiserat Regulam: Juris ignorantiam cuique nocere &
subjicit statim, à Regula dicta excipi Minores & Mulieres;
& ne quis arbitretur, juris ignorantiam non nocere simpli-
citer Mulieribus, addit proximè notanter: In quibusdam
63. *causis easdem juris ignorantia non lædi. Quod etiam con-*
firmant Imperatores Leo & Anthemius in L. 13. C. eod. ubi
appositè constituunt, Mulieribus non licere passim sub præ-
textu juris ignorati suos contractus retractare, nee illis ali-
ter subveniri, quam in illis casibus, in quibus præterita-
rum legum auctoritas ipsis specialiter suffragatur, vel, uti id
explicit Exc. Schilter. proximè all. loc. §. 37. quos præceden-
64. *tes leges jam tum specialiter expresserunt. Mirum verò*
est, quàm in recensendis hîc Casibus Doctores vari-
ent.

JURIS IGNORANTIE.

37

ent. Equidem, missis aliorum Opinionibus, PRIMUM
 CASUM contineri reor in L. 2. §. fin. ff. De Jure Fisci. In 65.
 quâ tradit Calistratus JCtus, Mulierem, errore juris sedu-
 ctam, putantem, se, quod relictum est, capere non posse,
 idque Fisco, spe premium, ultrò se deterentibus concedi
 solitum, obtinendi, denunciantem, adjuvari *juris ignorantia*
tiâ, hõc effectu, ut legatum non minus consequatur, ac si
 nunquam se Fisco detulisset: Quod utique singulari hu- 66.
 manitatis, ac indulgentiæ Principalis exemplò, contra
 proprium Fisci interesse Sexui seqviori concessum esse,
 ejus infirmitati plus, quam ærarii emolumento favendo,
 satis clarè patet ex allegato §. 7. d. l. 2. Postquam enim 67.
 JCtus in principio d. §. generalem videbatur tradidisse
 regulam: Nemini sc. obesse debere, quod *juris ignora-*
rus Fisco se detulerit; ne ejus *generalitate* quis decipia-
 tur, statim Regulam *restringit* ad illas personas, quæ
 vel propter Rusticitatem, vel propter SEXUM FOEMI 68.
 NEUM jus suum ignorare potuerunt. Esse autem hoc
 exemplum *Innoxia Mulierum juris ignorantia de compendio*
solicitarum, inde constat, quod hîc agatur de integro 69.
 legato acqvirendo, quò strictò jure exciderat ob factam
 delationem Mulier. Vid. Harprecht. ad §. 1. l. Quib. mod. re
 contr. obl. n. 73. Ex Schilter. *supr. all. loc. §. 37. Oddus De rest. in*
integr. p. 2. q. 10. art. 2. n. 4. Glossa. ad L. 9. ff. de J. & f. l. Hilli-
ger ad Donell. L. 1. c. 28. Lit. F. & Perez. ad C. de J. & f. l. §. 8.
 SECUNDUM *Innoxia Mulierum Juris igno-* 70.
rantia CASUM eruunt ex L. 8. §. 2. ff. *Qui satisd. cog.* U-
 bi JCtus Paulus docet, Mulierem, si *juris ignara*, quod
 servos ab intercessione arcet, servum de judicato sol-
 vendò fidejussorem admiserit, *juris imperitiâ* adjuvari, hoc
 effectu, ut ex integro ipsi cavendum sit: Ex quâ Lege 71.
 E colli.

- colligit Brunnemannus *n. 8.* Licet *Mari* non subveniatur, admittenti semel idoneum fidejussorem, *Mulieri* tamen ob *juris imperitiam* lucurri, si illi minus idoneus datus sit fidejussor. Quod, an ex *Legis* hujus verbis commodè inferri possit, subdubito, cum *Lex* inter *Masculum & Fœmi-*
 72. *nam* non distinguat; Sed diceret: Ubi hîc *lucrum* est, in quo prodesse debet *Mulieri* *juris ignorantia*? Respondeo in satis acceptione, per quam *Mulier* duos incipit post cautionem habere debitores: Interest autem *Creditoris*, plures habere reos. *L. 3, §. fin. in fin. ff. De Liber. legat. Confer. Cujac. Lib. 14. Obs. 39. & Gloss: ad L. 9. ff. & L. fin. C. De l. & f. l. Lit. F.*

- TERTIUM *Innoxia Mulierum Juris Ignorantia* CASUM deprehendere licet in *L. 25. §. 1. ff. De Probat.* Ubi
 74. *JCtus Paulus Mulierem* per *juris ignorantiam* indebitum solventem, relevat ab onere probandi indebitum, si illud repetere velit, cum ceteroquin pecuniam indebitè solutam repetituris, incumbat necessitas probandi, ipsam fuisse indebitam. Vid. *Brunnem. ad d. L. 25. Menoch: Lib. 2. De A. I. Q. Cas. 194. n. 41. Herculan. in Tract. Quis teneatur negativam probare. n. 104. & Dn. Schilter. Ex. 35. §. 37.*

- QUARTUM *Innoxia Mulierum Juris Ignorantia* CASUM communiter *Doctores* quæruni in *L. 15. §. 5. ff. Ad L. Corneliam de fals.* Ubi dicitur, licet *ignorantia* *juris* neminem excuset contra *Legis Cornelie* severitatem, *L. 15. pr. ff. eod.* *Mulieri* tamen, *Matre* dictitante sibi *legatum* ex *juris ignorantia* adscribenti, veniam *Legis Cornelie* esse tribuendam: Quod aliqui ita interpretantur, ut non duntaxat hoc calu *Mulier* *pœnam* *Legis Cornelie* non incurrat, sed *relicti* etiam *Legati* *emolumentò* non privetur; Vid. *Cajac. Lib: 14. Obs. 39. Hillig. ad Donell. Lib. 1. c. 18. Lit. F. Secundum.*

JURIS IGNORATIÆ

dum quorum & aliorum sententiam indubiè hîc casus esset
innoxia Mulierum juris ignorantia ratione compendii & lucri
querendi: Atverò, cum de retinendo legato in d. l. nil pror. 77.
 lus dicatur, sed duntaxat de remittenda ob *juris ignorantiam*
Legis Cornelia pœnâ, Vid: Gothofred. add. L. 15, §. 5. Lit. P.
 insuperq; Ddres non absq; ratione statuunt, licet *Mulieri* 78.
 ob *juris ignorantiam delicti pœna* remittatur, ipsam tamen 79.
 haud censi *lucrum exinde conquistum* retinere posse, Ren-
 neman. in *Jurispr. Rom Germ. Diss. 20. tb. 35. Lit. D.* cum in de-
 lictis *juris ignorantia* nemini profit, ut inde *lucrum* faciat,
 Renneman. d. l. quamvis pœna quibusdam soleat remit- 80.
 ti, Vid. L. 3. § 5. C. De His, qui sibi adscrib. non frustra forsan
 dubitandi inde nascetur cuiquam occasio, an non jure
 invitò hæc Lex ad casus *innoxia Mulierum juris ignorantia*
 ratione *querendi lucri* referatur.

Et hi duntaxat in jure speciales sunt casus, in qui- 81.
 bus *Mulieribus in compendiis faciendis juris ignorantia non*
 nocet, præter quos, nullos alios agnosco. arg. L. 14. ff. De
 LL. Quos enim Excellentiss. Schilter, d. l. cum Glossa & 82.
 Oddo de Restu: in integr: supr: al. loc. aliisq; adhuc addu-
 cunt *Innoxia Mulierum juris ignorantia* casus, huc non per-
 tinere, oculus facile docebit inspectio, cum partim de re- 83.
 missione pœna IN DELICTIS ob *juris ignorantiam* agant,
 partim etiam DAMNUM REI AMITTENDÆ respici- 84.
 ciant, de quibus hæc agere Dissertatione & inter Casus
 quidem *Innoxia Juris ignorantia in COMPENDIIS FA-*
 CIENDIS, animus non fuit.

Unicum, antequam huic capiti ultimam addam 85.
 lineam, restat adhuc enucleandum, Scilicet: An *Mulieri-*
bus in præfatis Casibus etiam profit allegatum Juris ignorati-
præsidium tum, quando Peritiores consulendi ipsis copia non 86.
defuit? Negandum id videtur, non duntaxat ex genera-
 li



li juris Consultorum asserto, quò statuunt, quibus in casibus non nocet Mulieribus juris ignorantia, in illis semper præsupponendum esse, *Mulieres Peritiores consulere non potuisse*: Tiraqvellus. *De retract. Convent.* p. 566. n. 18. *ibiq. all.* Mascard. *De Prob. Concl.* 1082. n. 25. *seq.* Sepharin. *Olivar Razza.* P. 1. Dec. 1006. n. 7. Quibus accedere

87. videtur Dn. Brunnemann. ad L. 9. ff. De J. Et. 7. n. 4. sed claris id etiam requirere verbis censetur J. C. Paulus, Labonem secutus, in L. 9. §. 3. ff. d. 1. Ubi postquam in principio d. l. dixerat, *quibusdam in casibus Mulieribus subveniri in compendiis faciendis, ob juris ignorantiam, statim §. 3. notanter addit: Sed Juris ignorantiam non prodesse*

88. Labeo ita accipiendum existimat, Si NB. *J. C. C. copiam haberet, ut, cui facile sit scire, illi noceat juris ignorantia.* Sed hisce non obstantibus, *Affirmativam sententiam veriore esse autumo, Scilicet non nocere Mulieribus in compendiis faciendis juris ignorantiam, ut ut Peritiores consulere potuerint, illis in casibus, in quibus Leges speciatim illarum ignorantia subveniunt.*

89. Rationem hujus sententiæ hanc do, quia admissâ contrariâ sententiâ, sequeretur nil interesse in jure inter Calus, in quibus specialiter lex succurrit Mulierum ignorantia, & in quibus in lucris captandis Mulieribus regulariter non prodest Juris ignorantia,

90. Cum enim & in his non noceat Mulieribus Juris ignorantia etiam tùm, quando de compendiis faciendis queritur, si Peritorum copiam habere non potuerint, uti constat, ex L. 10. ff. De B. P. serv. adeò, ut tam in foro interiori, quàm exteriori tutæ sint, Brunnemann. ad L. 9. §. 3. ff. De J. Et. 7. *ibiq. Zæf. n. 4.*

91. nemini enim imputare potest, quod, cum vellet facere, non potuerit, L. Cum quidam §. Si pupillo f. De Usur Reneman, d. l. th. 34. Lit. C. frustranea esset specialis Legis

92. adfi.

adſiſtentia in illis caſibus, quibus Jus ſpeciatiſſimè Fœminis ſuc-
currit ob juris ignorantiam, ſi his æque caſibus, ac illis, qui-
bus Mulieribus regulariter Lex non adſiſtit, jurium ignorantis, im-
pedimentum ex carentia Juris prudentium orrum, Mulie-
res, præſidio innoxie Juris ignorantie fruituras, pro-
bare oporteret. Vid omnino Oddus De Reſt. integr. P. 1. 96,
quaſt. 8. n. 60 Ad L. 9. S. 3. ff. De J. & J. J. Reſpondeo, iſtam
aperte tradere limitationem Regulæ: Fœminis regulariter
nocere in compendiis quaerendis juris ignorantiam, non verò
Caſuum, à prædicta Regula exceptorum.

CAPUT. III. ſeu ULT.

DE

PROBATIONE MULIERUM JURIS IGNORAN-
TIÆ, DEQUE JLLARUM RESTITUTIONE IN
INTEGRUM OB SEXUS HUIUS JNFIR-
MITATEM.

SUMMARIA.

<p>In ingreſſu ſiſtitur conſpectus totius hujus Capitis. n. 1.</p> <p>In probatione juris ignorantie ma- xima ejus vis conſiſtit. n. 2.</p> <p>Circa quaſtionem, quâ quaeritur: Quisnam juris ignorantiam pro- bare teneatur? diſtinguitur. n. 3.</p> <p>In quibus Caſibus jus ſpeciatiſſimè ad- ſiſtit ignorantibus, Mulieres non teneantur ejus ignorantiam proba- re, ſed ejus ſcientiam urgentibus, hæjus incumbit probatio. n. 4.</p>	<p>In quibus contra Caſibus jus speci- atiſſimè non adſiſtit ignorantibus, Mulieres juris ignorantiam te- nentur probare. n. 5.</p> <p>Diſtinctionis hujus fundamentum traditur. n. 6. ſeqq.</p> <p>Præſumptio juris habet probationis effectum & onus probandi in ad- verſarium transfert. n. 11. ſeqq.</p> <p>Diſtinctio duobus exemplis illuſtra- tur. n. 13. ſeqq.</p> <p>Probatum ignorantia juris illis in caſibus</p>
---	--

E 3

casibus, in quibus contra Mulieres militat non ignorati juris præsumptio, vel juramentò vel conjecturis & Præsumptionibus.

n. 15. seqq.

Ratio ejus additur.

n. 17. seq.

Ad Objectionem respondetur.

n. 20.

In illis Casibus, in quibus pro Mulieribus juris ignorati militat præsumptio, allegans ejus scientiam, hanc probabit vel Testibus, vel Præsumptionibus.

n. 22. seq.

Num etiam per delationem juramenti? Vid.

n. 14.

Num per positiones mediante juramento Dandorum & Respondorum Vid.

n. 25.

Juramentum respondendorum vim habet juramenti Veritatis, in illis, quæ propriam jurantis scientiam respiciunt.

n. 26.

Utrum Mulieres illis in Casibus, in quibus jus illarum ignorantia specialiter non adfuit, saltem gaudeant restitutionis in integrum auxilio ex Clausula Prætoris generalis? exponitur.

n. 27.

seqq.

Pro illustrandâ questione duo afferuntur casus

n. 28. seq.

Rationes dubitandi tres recensetur

n. 30. seqq.

Sexus Muliebris propria jure negligen. plerumq. contra propria com. moda laborat.

n. 33.

Prætor toties legis ex clausula generalis subvenit, quoties aequitas restitutionem urget.

n. 35.

Jure Franco in rimis in judicialibus femine ob Sexus fragilitatem in integrum restituuntur.

n. 37. seq.

Ubi jus Romanum obtinet, Mulieres ob solam fragilitatem in integrum non restituuntur, illis in casibus, quibus jus ignorare ipsis non perimitur.

n. 39.

Ob Solum Sexum Mulieres contra lapsa Appellationis fatalia non restituuntur in integrum.

n. 40.

Restitutio in integrum nec in genere, nec in specie, ex clausula Prætoris datur suâ culpâ lapsis.

n. 41.

In integro jure nostro inter causas impetrandi restitutionem in integrum nullibi refertur sola Sexus infirmitas.

n. 48.

Ad Obstantiam respondetur.

n. 44. seq.

Prætor ne Majoribus quidem subvenit ex clausula generali, de lucro sollicitis.

n. 53.

Ad tres dubitandâ rationes respondetur.

n. 51. seqq.

Utrum Mulieres illis in locis, in quibus in perpetua cura sunt, ob Sexus sui fragilitatem in integrum restitui possint? queritur.

n. 60.

Rationes affirmativas videbis.

n. 61. seq.

In Foro Saxonico Minores & Mulieres equiparari quoad restitutio-

n. 68.

JLL. RESTIT. JN INTEGR. OB SEXUS INFIRMIT.

nem in integrum, non pauci asse-
runt J. Cui. n. 62.
Casprata est Lex 8. C. De rest. in int
Min. à Justiniano. n. 62.
Juxta L. 3. Cod. Theodof. De in
integr. rest. Minores & Mulieres
à pari judicantur. n. 63.
Dn. Schilter asserit, Mulieres in ju-
dicialibus Hodie ob enorme dam-
num in integrum restitui ob Se-
xus sui fragilitatem n. 66.
Dn Jacobi hoc etiam extendit ad Ex-
trajudicialia. n. 67.
Extra illa loca, in quibus Jus Sa-
xonicum obtinet, non utuntur
Mulieres quoad restitutionem in
in integrum, jure Minorum, n. 68.

In Saxonia etiam Mulier Curatore
habens, non Minori, sed Majori a-
quiparatur. n. 66.
Cum curatore laesa inibi non restitu-
itur in integrum. n. 70.
Quo intuitu Dares Saxones compa-
rent Mulieres & Minores, expo-
nitur. n. 71.
In eo, quod expressè statutò muta-
rum non est, sequimur Jus Com-
mune. n. 72.
Præsertim in restitutionis articulo.
n. 73.
In integrum restitutio se habet adin-
star privilegii, que non competit
aliis, quàm quibus expressè con-
ceditur. n. fin.

EXpositis præcedenô Capite Casibus, in quibus 1.
Mulieribus juris ignorantia non est damnosa, etiam de-
lucro sollicitis, quam extra illos Sexui Fæmineo regula-
riter nociturâ esse, & rationibus & exemplis probatum ivi;
Propositæ methodi jam urget ratio, ut hoc ultimo Capite
brevibus adhuc subjiciam: Cui incumbat allegata juris igno-
rantia probatio? in quâ, docente Ekholto, ad Tit. De J. & f.
J. S. maxima ignorantia Juris vis consistere noscitur: Et 2.
An non Mulieribus in genere, ob Sexus infirmitatem lapsis,
beneficiò restitutionis in integrum subveniendum sit, illis in
casibus, in quibus strictò jure ipsis nocet juris ignorantia?
Quodigitur Primam attinet quæstionem, cum Dn Pe-
rezio. ad C. Tit. De J. & f. l. n. fin. Distinguendum esse 3.
reor, inter Casus, in quibus jus ignorantia specialiter adfuit: & in
quibus jus ignorantia non adfuit. Ita, ut in prioribus, juris igno-
rati, 4.

- rati exceptionem objicientibus Mulieribus, non incumbat
 5. onus probandi juris ignorantiam, sed ejus scientiam
 urgentem oporteat probare, Mulierem juris non existi-
 tisse ignaram: In *posterioribus* verò casibus, Mulieribus,
 6. juris allegantibus ignorantiam, eam probandi, inungi
 jure non invitò possit necessitas: Cujus distinctionis
 fundamentum ex diversâ juris desumitur præsumptione,
 quæ alia in illis est casibus, quibus jus ignorantibus speci-
 7. aliter Lex adsistit, scilicet, quod tum præsumantur jus
 ignorare, ad cujus scientiam Lex Mulieres non obligat,
 8. cujusque ignorantia ipsis est innoxia: Alia verò illis
 est in casibus, quibus jus ignorare Mulieribus illicit; Tum
 enim, cum paria sint, jura scire, aut scire debere, ipsa
 que *jurium ignorantia* effectivè reputetur *jurium scientia*,
 9. præsumptio *juris scientie* militat contra Mulieres, rele-
 vans juris scientiam objicientem Mulieri, ejus ignoran-
 tiam crepanti, ob onere probandi, Mulierem jus illud sci-
 visse, quod se ignorasse ipsa prætendit: Honded. *Lib. 1.*
Conf. 35. Molin. de J. & J. Tr. 5. D. 78. n. 3. & Struv. S. I. C.
Ex. 29. th. 57. Sicuti contra illis in casibus, in quibus jus
 10. Mulieribus sine periculo ignorare permissum est, militans
 pro ipsis juris ignorati præsumptio, haud permittit, ut Mu-
 lieres ejus onerentur probatione, quod jus jam prælu-
 11. mit: Notissimi enim juris est, præsumptionem juris ha-
 bere effectum probationis, Matcard. *De Probat. Concl. 1222.*
 12. *n. 2. Menoch. De Præf. L. 1. Præf. 36. Pacian 1. De Probat. 8. n. 3.*
 onus probandi in adversarium transferentem. *L. 13. pr. ff.*
Quot. met. caus. L. 5. ff. De Probat. ibiq. Brunnem. Hyppo-
lith. de Marfil. in sing. 451. n. 1. Cephal. Consil. 304. n. 217.
Carpz. s. Resp. 71. n. 10. & Bardili in Concl. For. Ex. 46 n. 27. Lit. 5.
 13. Hinc pro meliori intellectu dictorum infero: *Mulierum*
 igno-

ignorati juris allegationem non teneri probare, Fisco deferentem id, quod sibi relictum capere se non posse falso existimaverat, cum hoc casu, ob specialem Legis ad-sistentiam in *juris ignorantia* in illa præsumatur: Contra verò onere probandi *juris ignorati* exceptionem gravari *Mulierem*, quam ob neglectam intra annum Tutoris, liberis dandi, petitionem, repellere à mortuorum liberorum intestatorum successione heredes intendunt, ad *inopiam* *Jurorum*, *jurisque* *hujus ignorantiam* confugientem, cum contra hanc militet *juris ignorati* præsumptio.

Sed dices: *Quomodo vero utroque casu facienda est juris ignorati, vel non ignorati probatio?* Respondetur: Illis in casibus, in quibus contra *Mulieres* *juris non ignorati* militat præsumptio, pro negotii, ac personarum circumstantiis, *juris ignorantiam* optimè probari per juramentum, Gail. 2. obs. 48. n. 23. ibique allegati. Perez. *supr. all. loc. n. fin.* Eckholt. ad Tit. De J. Et. I. §. ult. Mascard. De Probat. Concl. 882. per tot. Zœs. ad Tit. ff. De J. Et. f. n. fin. & Carpzov. P. 1. c. 22. Def. 6. per tot. Ratio est; quod allegans ignorantiam, contra se habeat militentem *juris præsumptionem*, sufficientem ad deferendum juramentum purgatorium: Heig. P. 1. quest. 49. n. 4. & Carpzov. d. l. n. 4. Insuperque ignorantia in animo consistat, sicque ex illorum sit numero quæ juramentò probari debent. c. 8. De Erect. in 6. c. 6. X. De Except. in fin. 6. fin. in fin. X. Qui *matrim. accus. possit*. Gail. cum inibi allegatis d. l. Carpzov. d. l. n. fin. ibique allegatus. Gomez. & Mascard.

Neq; Obstat dictis, quod ignorantia tum juramentò probari nequeat, cum conscientiae præsumptio militet in contrarium; Mascard. de Probat. Concl. 882. n. 26. ibique all. Illis autem

- autem casibus, quibus jus *Mulieribus* ignorare non permittitur, militet contra ipsas scientiæ præsumptio. Respondendum enim est: Imo eô ipso, quo contra *Mulieres juris non ignorati* militat præsumptio, eas teneri illam elidere juramentô purgatoriô. Carpzov. & Heigius
20. *d. h.* Potest tamen etiam *juris ignorantia* probari *variis Conjecturis & Præsumptionibus*, de quibus videatur Carpz. *d. l. n. 1. ibique alleg.* Mascard. *Concl. 88. & Eckholt. d. l. d. l.*
21. In reliquis Casibus, in quibus *pro Mulieribus militat juris ignorati præsumptio*, scientiam ejus probabit illam allegans (1.) *Testibus*, qui audiverunt fortè *Mulierem* ja-jactabundâ voce se probè jus scivisse temerè glorientem, vel ipsam ab aliis de jure suo esse certioratam. (2.) *Præsumptionibus*, ex actus gesti *clandestinitate*, arg. *L. fin. ff. De R. N.*
22. Vid. Brunnem. *ad Parat. Wes. Tit. de J. & f. 3. quest. 15.* aut ex aliis verisimilibus indiciis exsurgentibus. (3.) Non verò facile *juramenti delatione*, cum illud ægrè admittat pro *Mulieribus militans juris ignorati præsumptio*; quamquam tamen hoc casu ad eliciendam veritatem *Positiones* fieri
24. posse, mediante *juramentô Dandorum & Respondendorum*,
25. facilius forsân quis largietur, per ea, quæ in simili habet Brunnemannus *ad L. 14. C. De N. N. P. n. 17.* cum alia sit ratio *juramenti litis decisorii*, alia verò *juramenti Dandorum & Respondendorum*, vim regulariter *juramenti Calumnie* tantum habentis, *Mev. p. 3. Dec. 125.* Vid. Mascard. *De Probat. Concl. 1119. n. 3.* Nisi tamen & hîc cogitare velit, *juramentum Respondendorum* in illis, quæ *propriam scientiam* jurantis concernunt, degenerare in *veritatis*, sicque vim sortiri *juramenti Litis Decisorii* Vid. Dn. Stryk. *in Intr. ad Pr. For 1, 17. S. 12.*
- 26.

Nunc ad alterum hujus Capitis membrum descendo,

do, viturus, Anne *Mulieribus*, illis in casibus, in quibus 27'
 jus illarum ignorantiae non specialiter adfistit, per resti-
 tutionem in integrum, saltem ex clausula generali Prætoriae:
Si qua alia mihi iusta causa videbitur, in integrum restituum,
 quam deprehendere est in *L. 1. & L. 26. §. 9. ff. Ex quib. caus.*
Maj. iuocurri possit, ob *Sexus infirmitatem*? v. g. Po- 28'
 nam iudicis sententiâ gravatoriâ læsam Mulierem, fata-
 lia interponendæ appellationis labi passam esse, non de-
 ficientibus *Juris*, quos consulere poterat, quo casu, cum
 ignorantia juris nec in damno evitando profit *Mulieribus*,
 veritatis in illis, quæ ad *juris rigorem* conservandum
 introducta sunt, per ea, quæ *supra C. 2. n. 22. seqq.* notata
 sunt, quæritur: Annon eidem auxiliô restitutionis in in-
 tegrum ob *sexus infirmitatem* subveniendum sit contra
 lapsa Appellationis fatalia? Vel fingam, *Mulierem* ex ju-
 ris ignorantia intra legitimum tempus non petiisse Bono- 29'
 rum possessionem, quo casu, cum de *compendiô faciendô*
 sollicita sit, ipsam ad *juris ignorati præsidium* confugien-
 tem, si *Jurorum copia non defuerit*, amplius audiendam
 non esse, itidem *supra* expositum est *Cap. 2. n. 57. seqq.* quæri-
 tur ergo: Annon eidem superfit *infirmitatis Muliebris præ-*
sidium, ut illô contra *juris rigorem* ex *equitate* adjuvetur, & ita
 contra lapsum temporis benignè in integrum restituatur?

Utrumque primâ fronte videtur affirmandum esse,
 quod (1.) hic eadem *equitatis ratio*, quâ jura passim 30'
fragilitati ac infirmitati Sexus Muliebris, & in specie Im-
 perator Justinianus, inde à nonnullis *Uxorius* dictus,
 subveniunt, *L. Si sine. §. C. Ad Sc. Vellej. verb. quo infirmitati*
L. 2. §. verb. propter Sexus imbecillitatem. ff. eod. L. Un. §. pen.
C. De R. U. A. ibi: Ne fragilitati natura suæ in repentinam
deducatur inopiam. pr. §. Quib. alien. lic. ibi: Ne Sexus mu-
liebris

- liebris fragilitas in perniciem substantia earum convertatur*
 L. 20. C. De Donat. ante nupt. ibi. Cum melius erat Mulieri-
 bus propter fragilitatem Sexus, quam maribus subveniri, L. 5.
 §. 3. ibi; Pro infirmitate Sexus. G. Ad L. Jul. Majest. L. 12. C.
 Qui pot. st. in pign. ibi: Ad fragilitatem Sexus respicientes,
 28. & paulo post: Quis earum non misereatur, propter
 obsequia, quae maritis praestant, propter partus periculum,
 & ipsam liberorum procreationem, pro quibus multanosris
 31. legibus inventa sunt privilegia. non deficiat, cum & hęc
 agatur de imbecilli, L. 2. §. 2. ff. Ad Sct. Vellej. Fragilis,
 L. 3. C. De Praescript. 30, ann. c. 13. X. De Privileg. Facilis, ac
 Infirmi, L. 2. §. 3. ff. Ad Sct. Vellej. L. 9. pr. ff. De I. & f. l.
 32. L. 1. §. 10. ff. Ad Sct. Turpil. illius Sexus, qui facile deceptus,
 propria jura negligit, Nov. 61. c. 1 §. 2. & plerumque ad-
 33. versus propria commodam invenitur laborare, L. 4. C. De
 Sponsal. in fin. atque cui ob dictam fragilitatem melius
 34. est, quam Masculino Sexui subveniri, L. 20. C. De Don
 ante nupt. Wesembec. ad Tit. C. Ad Sct. Vellej. n. 5. p. 1433.
 in integrum restitutione, quam Mulieribus eò facilius
 tribuunt, cum Wesembecio d. l. Anchoranus. Consil. 231.
 de primo in fin. Tiraquellus. de LL. Connub. in princ. n. 17.
 ibique allegati Ddros, quò clarius Prætor in L. 25. §. 9. Ex
 35. quib. caus. Maj. in integrum restitutionis auxilium toties
 læsis in genere promittit, quoties æquitas ratio resti-
 tutionem suggerit. Accedit, quod (2.) in specie in con-
 36. cedendo Mulieribus ignorati juris præfidiò, in casibus ex-
 ceptis, Imperator expressè ad Sexus Mulieris infirmita-
 tem respexerit, illamq; innoxia Mulierum Juris ignoran-
 tia, quæ fundamentum, causamq; impulsivam suppo-
 fuerit, uti clarè constat ex L. 9. pr. ff. De I. & f. l. ibi: Quod
 & in feminis, in quibusdam causis, propter Sexus infirmita-
 tem

tem dicitur; Ut igitur hæc iusta videri Prætori causa possit, fragili huic Sexui, etiam *extra casus exceptos*, suâ infirmitate lapsa, restitutionis in integrũ auxiliõ benignè succurrendi. Quam æquitatis rationẽ (3) *Jus Francicum* quoque secutum 37. esse, apricatur ex lequenti Rogerii Regis, constitutione, quam exhibet *Excellentissimus Dn. Schilter in Prax. Jur. Rom. in For. Germ. Ex. 11. §. 9* his verbis *Mulieribus, ubi non modicè læsæ sunt, propter fragilem Sexum, legum æquitatem sectantes, tamper Nos, quàm Officiales nostros, visceribus pietatis subveniendum esse decernimus, sicut & decet, quatenus & oportet.*

Hanc Avi sui constitutionem Imperator Fridericus 38. *Lib. 2. Tit. 38.* postea ad sola restrinxit *judicialia negotia*, his verbis: *Obscuritatem Legis Regis Rogerii, Avi Nostri, NB. de Restituendis Mulieribus, editam, declarantes, Mulieres Longobardo, seu Francorum jure videntes, NB. in judiciis tantum restituendas esse sancimus, cum per negligentiam vel fraudem Mundualdorum, s. Procuratorum suorum, enormiter læsæ probantur. Conf. Dn. Schilter. supr. all. loc. & Matth. De Afflictis. Ad Const. Neap. Lib. 2. Rubr. 37. & 40. junctis illis, quos plenâ manu allegat Oddus De Restit. j. j. P. 1. qu. 10. art. 6. n. 31.*

Verũ omnibus hisce non obstantibus, veriorem illorum arbitror esse sententiam, qui neque *Jure Romano*, 39. neque illis in locis, ubi hoc receptum est, *Mulieres ex sola Sexus sui fragilitate utroque casu, & aliis hisce similibus, in integrũ restituendas esse, statuunt.* Vid. *Oddus. de Restit. in integr. P. 1. qu. 10. art. 4. n. 23. item art. 5. n. 26.* *Jacob. de Guidon de Accumulo. Vol. Ult. Consil. 159. n. 37.* *Petr. Peck. De Testam. Cap. 6. n. 4.* *Aretin. in L. 1. C. Si advers. delict. & Vincent. de Franchis. Dec. 283. per tot.* Ubi in terminis pronunciat: *Ob solum Sexum contra lapsum fatalem* 40. *Appellationis Mulierem in integrum non restitui. Confer.*

41. *supr. in Praesam. n. 47. allegati Ddres.* Rationes pro hac sententia adduco sequentes: (1.) Quia restitutio in integrum, tanquam *extraordinariam ac exorbitans* remedium,
42. *Vid. Carpzov: in Proc: Tit: 19. art: 2. n. 8. & Joh. Mauritius. De Restit: in integr: Cap. 1. n. 4. seq.* non duntaxat in genere non datur Majorennibus sua culpa lapsis, Dn. Stryk.
43. *in Usu Modern. ff. Ex quib. causis. Maj. in integr. rest. §. 1. in fin: Lauterbach. ad Tit: De Rest: in integr: ibiq: Ddres passim,* sed nec in specie conceditur ex clausula Generalis Prætoriana negligentibus, per L. 16, ff. Ex quib. causis Maj. ibiq.
44. Dn. Stryk: *in Us: Mod. §. 3.* Atqui, non duntaxat utrôq; casu supra relatô, adest propria Mulierum culpa, ac negligentia, dum Juris prudentes, quorum neq; consilium instructorium, neque copia illis defuit, non consuluerunt, ad quos tamen ablegat Imperator in L. 9. §. 3. ff. de J. & l. Mulieres, ob *juris ignorantiam læsionis periculum* effugere cupientes, sed & in aliis similibus id semper
46. præsupponendum est, cum ceteroq; in *carentia Peritorû* justa per se sit restitutionis in integrum causa, Oddus.
47. *d. l. qv. 8. art. 11. n. 95.* Ergo, cum culpa non careant Mulieres, frustra urgent ac præstolantur salutare restitutionis in integrum auxilium. (2.) Quia nullibi in integro jure inter causas impetrandi *in integrum restitutionem*, referitur *Sexus Muliebris fragilitas*, cujus tamen ceteroq; in tam frequens in multis juris articulis fit mentio; Quod non est verisimile omisisse Justinianum, Mulieribus aliàs non parum faventem, beneq; multa suis legibus Sexui huic sequiori privilegia concedentem, *Vid: L. 12. C. Qvi pot: sunt. in pign. ibi: pro quibus multa nostris legibus sunt inventa privilegia, si voluisset ipsis ob fragilitatē Sexus lapsis, subveniri restitutionis in integrû adjutoriô, illis in casibq;*
- quibus

471

quibus iisdem nocere constituit iurium ignorantiam. 49.
 Nec obstat, quod sufficere videatur generalis clausula
 Prætoria, non deficiente æquitate, fragilitate hujus Se-
 xus subnixâ, quam ideo Prætor, docente JCo Ulpiano
 in L. 26. §. 9. ff. Ex quib. caus. Major: in int. rest: edicto suo
 inferi necessarium duxit, quod omnes casus restitutio- 50.
 nis in integrum singulatim enumerari non potuerint, qui
 tamen deferrent restitutionis auxilium. Responden-
 dum enim est: Æquitatis rationem tum deficere o-
 mnem, cum Mulieres suâ negligentia labuntur. L. 16. ff.
 eod. neque restitutionem in integrum reperire locum, 51.
 nisi jure, aut certâ per jus approbatâ æquitate poscente,
 Mev. P. 1. Dec. 133. n. 3. Ut taceam (3.) in plerisque casi- 52.
 bus Mulieres de lucro captando esse sollicitas, (cum regu-
 lariter in damnis rerum suarum amittendarum, ipso jure tu-
 tæ, non indigeant extraordinario restitutionis in inte-
 grum remedio, L. 16. pr. ff. De Minor) in quibus Prætor Majo 53.
 rennibus ne ex generali quidem clausulâ subvenit. L. 18. ff. 54.
 Ex quib. caus. maj. in int. Accedit (4.) Quod, si Mulieri-
 bus illis in casibus, in quibus nocere illis juris ignoran-
 tiam vult jus nostrum, voluissent Legislatores per re-
 stitutionem in integrum promiscue ob sexus fragilitatem
 subveniendum esse, non opus habuissent tam sollicitè
 illos paucos notare casus, in quibus solis non noceret
 Mulieribus juris ignorantia, totque regulis totam hanc
 materiam circumscribere, cum in effectu paria sint, Muli-
 eribus ipso jure innoxiam juris ignorantiam esse, vel
 contra noxiam juris ignorantiam ipsas in integrum re-
 stitutione adjuvari. 55.

Non obstat ratio dubitandi Prima n. 30. seqq. allata. Re-
 spondendum enim est: (1.) Utiqve deficere hinc æquita-
 tis

- is rationem, quam jus ad restitutionem in integrum & in specie clausula generalis Prætoria desiderat, nempe ut, qui restitutionem urget, sine sua negligentia & culpa lapsus sit; Quod Mulieribus, requisitionem Juratorum contra legem negligentibus, applicari non potest. (2.) In materiâ privilegiorum non procedere indistinctè argumentum à paritate rationis, ad paritatem dispositionis, Lauterbach? in *Differi: De Beneficio Compet.* cum ceteroquin & Rustici ob simplicitatem promiscuè essent restituendi,
56. gem negligentibus, applicari non potest. (2.) In materiâ privilegiorum non procedere indistinctè argumentum à paritate rationis, ad paritatem dispositionis, Lauterbach? in *Differi: De Beneficio Compet.* cum ceteroquin & Rustici ob simplicitatem promiscuè essent restituendi,
57. quod tamen communiter rectè negatur, sed potius ad consequentias trahendum non esse, quod contra juris rationem certis in casibus receptum est. L. 14. ff. De LL.
58. Nec Obstat *Secunda* dubitandi ratio, quam n. 36. exhibet: Resp. enim est: Causam impulsivam non ingredi formam privilegii, quæ esse suum à solâ concedentis voluntate habet, quâ deficiente, licet in simili casu eadem adsit ratio impulsiva, ipsum etiam cessat privilegium.
59. Ad *Tertiam* dubitandi rationem respondetur, Jus Francorum pro fundamento præsupponere, Mulieres, utpote hoc jure in perpetuâ Cura existentes, jure Minorum uti, & ad instar illorum, in judicialibus lapsas, in integrum restitui; quò tamen jure in Imperio Romano Germanico circa materiam restitutionis in integrum promiscuè non utimur. Vid. Dn. Schilter. d. l. S. 9. serè in fin.
60. Sed novus hic suboritur scrupulus: An non ergo ad minimum, illis in locis, ubi Mulieres in perpetuâ Cura sunt v. g. in Saxonia, inq; Patriâ Svavissima & alibi, Vid. Mev. ad Jus Lub: Lib. 1. art. 4. Hopp. in Us. Mod: ad Tit. J. De Curat. pr. & Exc. Dn. Præses in nuper à Disput. De Con
ven

JLL. RESTIT. IN INTEGR. OB SEXUS INFIRMIT. 47


ven. Juris Culm. & Gedan. cum Jur. Comm. Sax. Pruten. ac
 Lub. Decad. 4. Conv. 1. ex fragilitate Sexus sui, hisce in ca-
 sibus jure propitiō in integrum restitutionem petere
 possint? Quod simpliciter videtur affirmandum, non
 duntaxat (1.) ex generali Jctorum Saxonum assertō, 61.
 Qvō *Mulieres in Foro Saxonico* circa passum restitutionis 62.
 in integrum *Minoribus* æquiparari contendunt, Carpz. in
Process: Tit. 13. art. 1. n. 194. Richter. Vol. 2. Consil. 484. n. 9.
Mollerō ad Const. Elect. 15. P. 2. n. 99. Hieron. Pantz-
Schman. P. 2. quest. 1. n. 16. & 87. exqve Constitutione 63.
 (2.) Imperatorum Honor. & Theodof. in L. 3. C. Theo-
 dof. *De in integr. rest. à Justiniano in L. 8. C. De integr. Re-*
stit. Min. ommissione vocis: Mulieribus, castratâ, Vid. Dn.
Schilter. d. l. §. 9. vi cujus Minores & Mulieres itidem in
 illis, qvæ vel *pratermiserunt, vel ignorarunt, à pa-*
 ri judicantur, sicqve, sicuti *illis, fragili ac infirmō* 64.
tenera etatis consiliō, multorum insidius ac captioni-
 bus expositō, lapsis non denegatur restitutionis au-
 xilium, L. 1. §. 1. ff. *De Minor. ita & has, fragilitate ac*
infirmō Sexus consiliō læsas eodem restitutionis præsi-
 diō tueri ac juvare convenit: Sed (3.) etiam inde, Qvōd
 qvoad *Judicialia* *Mulieres ex Sexus fragilitate* lapsas, in Im-
 perio Romano Germanico hodie in integrum restitui 65.
 testetur Excell. Schilter. d. l. in *fine his verbis: Neqve*
enim Mulieres Majorenes hodiè destituuntur isto beneficio,
Legibus Francicis ipsis indultō, quoties NB in causis judicia-
riis enorme damnum patiuntur, veluti, cum fatalia Proba-
tionum præterlapsa sunt, Idemqve ad extrajudicialia, a- 67.
deoque quascunqve causas, in quibus Minores restituun-
tur, extendit Dn. A. G. Jacobi in Inaugurali Dissert. Wit-
tenberga habitâ Anno 1671. De Restit. in integr. Mulierum c. 2.
 G Ves

68. Verum, sicuti extra illa loca, quæ Jure Saxoni-
co utuntur, verius est, Mulieres quoad restitutionem in
integrum jure Minorum non uti, Vid. Brunnem. ad L.
8. ff. De J. & f. l. Tiraqvell. in L. Si unquam. in Prælat. n. 100.
69. Mev. Dec. 133. P. 1. n. 7. Ita etiam de Saxonia testatur
Carpzovius, Mulierem, Curatorem habentem, non Mi-
nori, sed Majori æquiparari, P. 2. C. 15. Def. 33. n. fin.
Zanger. in Tract. De Except. P. 3. C. 11. n. 195. Mev. P. 1.
Dec. 133. n. 4. Nec læsam, adhibitô Litis Curatore, in inte-
grum restitui, Moller. ad Const. Elect. 15. P. 2. n. 98.
Rauchbar; P. 1. qv. 32. n. 88. Wefenbec. Conf. 11. n. 27.
Berlich. P. 2. Concl. 18. n. 41. & Carpzov: d. l. n. 8. seq. il-
lamque Mulieris cum Minore comparisonem non sim-
pliciter, sed secundum quid, quatenus sc. Utrique dan-
dus est curator, esse accipiendam; Carpzov. d. l. in fin.
n. 11. Non sine ratione de hâc sententia dubitare licebit,
72. præsertim, cum in eô quod Statute expressè muta-
tum non est, sequamur Juris communis regulas, in-
primis in integrum restitutionibus, quæ privilegii in-
star se habent, & certis personis tantum succurrunt,
73. L. Un. vers. Quamvis illa minor. C. Si in communi eadem.
74. que caus. Carpzov. P. 2. Resp. 77. n. 14. nec aliis compe-
tunt, quàm quibus expressè conceduntur, Bartol. ad
d. l. Un. n. 2. seq. & Mev. P. 1. Dec. 133. n. fin.

TANTUM!


ERRATA.


Pag 3. lin. 8. pro *Tir.* lege *Lir.* pag. 4. lin. 3. pro L. 61 lege L. 16 pag. 5. lin. 4. pro
n. 26. lege n. 36. Ead. pag. lin. 9. pro *Senatoris* lege *Senatoribus* Ead. pag. lin.
13. pro L. 95. lege L. 195. ead. pag. lin. 18. pro S. 9. lege S. 6. pag. 9. lin. 24. pro. *mo-*
nen e lege *monente* Ead. pag. lin. 7. pro *Obl. 60. n. 47.* lege *Gent. 60. Obs. 47.* pag.
14. lin. 8. pro *Leg. 2.* lege *Leg. 3.* Pag. 15. lin. 10. pro *esse* lege *esse.* p. 16. l. 21. pro *De*
& F. lege *De J. & F.* Ign. p. 17. l. 3. pro L. 2. ff. lege L. 2. ff. pag. 18. lin. 10. pro
dicunt lege *dicuntur.* pag. 20. lin. 14. pro *Juridica* lege *Juridice* pag. 29. lin. 25.
pro L. 35. lege L. 53. pag. 30. lin. 9. pro *Prox.* lege *Prax.* pag. 39. lin. 10. pro *Juris*
ignorati lege *juris non ignorati* Reliqua si quæ præter opinionem interpersere
Benivoli Lectoris arbitrio corrigenda relinquuntur.



 Je Tugend lohnet woll/ sie labt die matten
 Sinnen /
 Sein Geist zeigt mercklich ist/ was Er
 für Wahren führt/
 Und wie Sein grosser Fleiß Ihm
 seine Schlaffe ziert/
 Nun muß ER Glück mit Glück/ und Lust mit Lust ge-
 winnen.
 Es muß was schädlich ist/ nun gänzlich von Ihm rin-
 nen.
 Die ganze Musen Zunft stimmt ist ein VIVAT an/
 Und wünscht; Daß Kronen Ruhm steig an die
 Sternen-Bahn.
 Es muß Herrn Kronen-Hauß viel Seegens-Ne-
 star zieren/
 Und Du/ beglückter Freund/ leb woll! Du
 Pallas-Sohn/
 Wir sind Dir höchst verpflichtet. Lieb hochge-
 schäster ERDN/
 Und laß uns deine Huld noch ferner reichlich spühren.


Mit diesen wenigen wolten dem Herrn CANDIDATO
 als Ihrem hochwehresten *Commensali*, ihre
 schuldige *Devoir* sehen lassen

Hr. EXCELL. Herrn Rast Klein
 Sämptl. Bischgesellschaft.











IN SOCIET. GENT. & SOCIET. ARB
ministratio concessa, quamvis dissent, Merckelbac
1. conf. 13. n. 61. & ibi all.

§. 9.

Annumerari quoque potest in Germaniâ
riis publicis VII. Societas Clientelaris, quæ inter P
intercedit, & in Imperio admodum frequens est
Dn. Becman, in pol. par. c. 11. §. 4. Sicut autem hîc P
omnia illa jura concedenda sunt, sine quibus o
auxilio adjuvare non potest, quò etiam jus mi
quando jus apertura pertinet; Dn. Stryk. de ju
c. 1. n. 125. seqq. Dn. Fritsch. in Tr. de iure
seqq. Ita impunis est Clientum erga Protec
si vel etiam quò ad hæc jura pacto sibi prospexerint,
sales inter Protectorem & Clientes usitata, vid. i
vers. c. 7. vel justam non parendi causam habeant,
in se imperium quærere metuant, aut illius mil
oso veniant, ubi jus apertura licite denegabunt. v
jut c. 2. §. 18. Multo magis autem impune in obe
tector sub protectionis pretextu Superioritatem fi
res tribuere, & e. g. actus jurisdictionis exercere,
10. Qu. 2. vel Clientes, (ubi tamen casum summ
Dn. Wildvog. in Diss. De protect. cens. c. fin. n. 10.) c
vol. 1. conf. 12. n. 31. Dn. Lyncker. Decatastris c. 3. §.
& adhærentes non fiant subditi, Klock. conf. 37. n.
dus Protectorium jus superioritatis inferat,
Reichs vogten p. 417. & 489. & ibi all. Mag. de
& c. 3. n. 401. Böcler. in not. S. R. J. L. 16. c. 3. §. 3. & C
quidem plenariis subditis æquiparentur, in oneri
minationem non teneantur, Dn. Stryk. all. l. n. 134.
tibus invito Protectore Jus Protectionis excutere li
dum videtur, si pro Protectione certus census
cum jus Protectori semel ex contractu quæsitur
nequeat: Se. us. vero, si gratuita sit protectio, ub
renunciare utiqve poterunt, cum Protectoris ho
vid. omn. Mantz. Dec. Pal. Qu. 18. n. 5. & 34.

the scale towards document

957.
177
6. Vol.
bitra-
lientes
apud
tentes
eri &
& ali-
terr.
n. 17.
entia,
Rever-
r. Re
torem
ntagi-
as. ad-
i Pro-
Clie-
teseb.
xcipit
Klock.
derati
c. tæ-
on defa
n. 439.
modis
deser-
Clie-
neg an-
etur,
uferri
avori
erlit,
S. 10.